BIBLIOTECA NAZ.
XVI
D
13
NAPOLI

XVI.
D
13.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
D
13
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CLEMENTIS V.
CONSTITUTIONES

IN CONCILIO VIENNENSI IN GALLIA EDITÆ ANNO MCCCXII, ET A JOHANNE XXII. EJUS SUCCESSORE PROMULGATÆ CIRCA ANNUM MCCCXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

4.

CLEMENTIS V.
CONSTITUTIONES
IN CONCILIO VIENNENSI IN GALLIA EDITÆ ANNO MCCCXII.

NOTIS LOCUPLETATÆ, AUCTÆ, ET ILLUSTRATÆ

A

HIERONYMO BALDASSINIO

PATRIGIO AESINO J. U. D.

OPUS

PRÆLATIS, REGULARIUM SUPERIORIBUS, THEOLOGIS, CANONISTIS, JUSDICENTIBUS, CAUSARUMQUE PATRONIS MAXIME UTILE, AC NECESSARIUM.



B. R. NEAPOLIS

ROMÆ MDCCLXIX.
IN TYPOGRAPHEO S. MICHAELIS AD RIPAM
APUD PAULLUM JUNCHI HÆR. BIZZARRINI KOMAREK, AC PROVISOREM LIBRORUM BIBLIOTHECÆ VATICANÆ.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

VINCENTIO MARIÆ
EX PRINCIPIBUS DE ALTERIIS
R. C. A. CLERICO, AQUARUM, RIPARUM PRAESIDI, AC ISTARUM CONGREGATIONIS SECRETARIO.

HIERONYMUS BALDASSINIUS
FELICITATEM.

EA ſemper fuit, PRAESUL CLARISSIME, apud veteres, & recentiores quoque Scriptores conſuetudo, ut cujuſcumque argumenti opera abs ſe confecta typis edere decreviſſent,

Digitized by Google

ea ſub præclariſsimis magni nominis Mecenatis auſpiciis dicata in apertam lucem prodirent. Quod optima ſane ratione factum crediderim, ut nempe Patronum adſciſcerent, in quo & ipſi præſidium nanciſcerentur, & ſuis quoque operibus dignitatem conciliarent. Quod quum ita ſe habeat, nemo profecto & temeritatis, & audaciæ nota me inurere quidem poterit, ſi ab hujuſmodi conſuetudine nequaquam deflectens, antequam prælo traderem hoc, qualecumque ſit, Clementinarum Opus jam numeris omnibus abſolutum, & multis nunc primum adnotationibus illuſtratum in Amplitudine Tua Patrocinium illi quæſiverim, a qua tanta decoris, & ornamenti fieri poterit acceſsio, cum & Sanguinis ſplendore inclitus, & Avorum imaginibus clarus, & e-
gre-

Digitized by Google

gregiarum animi dotium præſtantia in ſumma hominum commendatione verſeris. Ne velis tamen arbitrari, me in eorum iturum ſententiam, qui ſummi nominis Viro opus aliquod inſcribentes tum in illius, tum in Nepotum decora facillime excurrunt. Non enim is ego ſum. Praesul Ampliſsime, quippe qui intelligam præclara tua geſta, & multa, & maxima eſſe, & Alteriæ Gentis, a qua ortum duxiſti, cuique ampliſsimum, cumulatiſsimumque ſplendorem attulit Summus ille Pontifex CLEMENS X., tanta eſſe ornamenta fama jam ubique pervulgata, ut invenire aliquem eorum ignarum, aut qui valeat ſingillatim omnia enumerare difficillimum ſit. Satius ergo mihi ſit ea potius ſilentio præterire, quam pauca delibare, præcipue cum majora ſem-

per

per ſupereſſent dicenda. Illud itaque reſtat, ut ea, qua polles eximia benignitate, Opus iſtud, quod eſſe volo obſervantiæ erga Te meæ æeternum monumentum benigno, lætoque excipias vultu, ac tuearis. Munus quidem, quod non dices exiguum, ſi ad offerentis animum reſpexeris.

L E.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

SI quod umquam Generale fuit Concilium , in quo quamplures , & quidem graves pro reformandis moribus , Eccleſiæque diſciplina reſtituenda , ac conſervanda , impenſi fuerunt labores illud profecto fuit , quod CLEMENS hujus nominis QUINTUS Viennae in Gallia collegit anno milleſimo tercenteſimo duodecimo regnante eo tempore Philippo , cui pulchri cognomen fuit inditum . Hoc in Concilio damnati fuerunt errores Petri Johannis negantis rationalem animam , qua rationalis eſt formam eſſe humani corporis : affirmantis inſuper nullam gratiam , nullamque virtutem in Sacramento Baptiſmatis infundi : atque effutientis , lancea perforatum fuiſſe Chriſti non mortui , ſed viventis latus , nullamque habendam eſſe fidem Johanni Evangeliſtae contrarium enarranti , ut habetur ex *Clementin. Fidei de Summ. Trinit. & Fid. Catholic.* Damnata praeterea in eodem Concilio fuere impuriſſima Beguardorum , & Beguinarum dogmata , ſimulque anathemate confixa impia ſecta Fraticellorum , ſeu Dulciniſtarum . Multa , ne ſingula percenſeam , Sacra illa Synodus ſancivit circa vitam , & honeſtatem Clericorum , circa aetatem , & qualitatem Ordinandorum , exceſſus Praelatorum , Immunitatem Eccleſiaſticam , & Miſſarum celebrationem , aliaque Divina Officia . Sollicita inſuper admodum fuit , ne

Digitized by Google

Epiſcopi, aliive Praelati in injurias, & gravamina ſive Exemptorum, ſive Subditorum proſilirent. Nonnullos quoque, ut coeteros praeteream, edixit Canones circa Uſuras, Decimas, & effuſiora Regularium privilegia, & circa Externorum ſepulturas, quae intra eorumdem Regularium Eccleſias fiunt. Ac tandem hac eadem Synodo expoſita fuit, & dilucidata S. Franciſci regula, multaeque definitae, dilutaeque difficultates, quae leguntur *in Clement. Exivi de Paradiſo de Verbor. Significat.* Hinc ego, ex quo hiſce Clementinarum ſtudiis, poſt typis editam anno milleſimo ſeptincenteſimo ſexageſimo primo meam Collectaneam ad Concilium Tridentinum, animum admoveram, non modo quae ad hanc Viennenſem Synodum illuſtrandam doctiſſimi, clariſſimique Viri, & praeſertim *Franciſcus Cardinalis Zabarella*, *Andreas Barbacia*, *Bonifacius de Vitalinis*, *Petrus de Ancharano*, *Aegidius Bellamera*, ut cæteros omittam, vulgaverant opera quam diligentiſſime pervolvenda eſſe operae prætium duxi; ſed etiam & Doctorum loca, & Sacrae Rotae deciſiones, in quibus illhaec Viennenſis illuſtratur Synodus adnotare exiſtimavi, ut quicquid materiam hanc reſpicit, ob oculos ponerem. Quare quum librum hunc jam numeris omnibus abſolutum, necnon pluribus adnotationibus in calce refertum prælo tradere decreviſſem, ob multas ſubinde, quae ſubortæ fuerunt difficultates, illius editionem uſque ad currentem annum differre coactus fui. Accipe igitur, Lector humaniſſime, Opuſculum hoc, qualecumque ſit, quod Tibi offero, in quo, ſi quid perperam, & non accurate dictum offenderis, quod ſummopere vereor, tenuitati ingenii mei adſcribas, & humaniter corrigas velim, & rogo. Vale.

A P-

Digitized by Google

APPROBATIONES.

OPtandum quam maxime erat, ut hac noſtra tempeſtate, qua tantopere juris eccleſiaſtici ſtudium excolitur, Vir aliquis doctus notis illuſtraret Conſtitutiones Clementinas nuncupatas. Qui enim hactenus ad eas ſcripſerunt, ii utut multa ſatis bona animadverterint; multa tamen omiſerunt ipſarum intelligentiæ apprime neceſſaria. Hoc autem præſtitit clariſſimus & aliis ex operibus in Republica literaria jam cognitus Hieronymus Baldaſſinius in opere inſcripto = *Clementis V. Conſtitutiones in Concilio Vienneſi in Gallia editæ anno* 1312. *notis locupletatæ, auctæ, & illuſtratæ* = Tantumque abeſt ut opus hoc juſſu Rmi Patris Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici legens, quidquam deprehenderim a dogmatibus Fidei, Reguliſque morum alienum, ut doctrinam ſim admiratus ejus Auctoris. Quantum igitur in me eſt, e re publica fore cenſeo, ſi hoc opus quam citiſſime typis committatur.

Dabam ex ædibus meis die 19. Martii anni 1769.

Franciſcus Mazzei in Romana Curia Advocatus.

CUm ad Clementis V. Conſtitutiones in Viennenſi Concilio editas C. V. Hieronymi Baldaſſinii Patricii Aeſini, & illuſtrati adnotationes perlegerim, quod a Rmo S. Palatii Magiſtro demandatum mihi fuit, nihil in iis aut Fidei Catholicae, aut bonis adverſum moribus inveniſſe me profiteor, haſque adnotationes harum rerum ſtudioſis cenſeo perutiles futuras.

Romae pridie Kalendas Aprilis 1769.

Joannes Felix Garatonus in Romana Curia Advocatus.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dom. Jord. Patriarcha Antioch. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri Ord. Præd.

Digitized by Google

ELENCHUS TITULORUM

IN CLEMENTIS PAPÆ V. CONSTITUTIONIBUS

LIBER PRIMUS

TIT. I. *De Summa Trinitate, & Fide Catholica*. Cap. I. Fidei Catholicæ. Pag. 3.
Tit. II. *De Reſcriptis* Cap. I. Abbates. p. 7.
Cap. II. Etſi principalis. p. 8.
Cap. III. Auditor p. 10.
Cap. IV. Gratiæ. p. 12.
Cap. V. Litteras. p. 13.
Tit. III. *De Electione, & Electi poteſtate*. Cap. I. Cum rationi. p. 14.
Cap. II. Ne Romani. p. 15.
Cap. III. Cauſam electionis. p. 20.
Cap. IV. Conſtitutionem. p. 22.
Cap. V. In pleriſque. p. 24.
Cep. VI. Quod circa. p. 26.
Cap. VII. Statutum. p. 26.
Cap. VIII. Cum conceſſa. p. 28.
Tit. IV. *De Renunciatione*. Cap. Unic. Cum illuſio. p. 29.
Tit. V. *De ſupplenda negligentia Prælatorum*. Cap. Unic. Quia Regulares. p. 31.
Tit. VI. *De Ætate, & Qualitate Ordine præficiendorum*. Cap. I. Cum Eccleſiæ. p. 34.
Cap. II. Ut ii. p. 35.
Cap. III. Generalem Eccleſiæ. p. 37.
Tit. VII. *De officio Vicarii*. Cap. Unic. Quæ de Eccleſiis, p. 37.
Tit. VIII. *De Officio, & poteſtate Judicis delegati*. Cap. Unic. Judices. p. 38.
Tit. IX. *De Officio Judicis ordinarii*. Cap. I. Ut Clericorum. p. 39.
Cap. II. Etſi. p. 40.
Tit. X. *De Procuratoribus*. Cap. I. Inſtrumento. p. 40.
Cap. II. Non poteſt. p. 41.
Cap. III. Religioſus. p. 42.

Cap.

Cap. IV. Procuratorem. p. 43.
Tit. XI. *De Reſtitutione in integrum*. Cap. Unic. Ab Eccleſia. p. 44.

LIBER SECUNDUS.

Tit. I. *De Judiciis*. Cap. I. Dudum Bonifacius. p. 46.
Cap. II. Diſpendioſam. p. 48.
Tit. II. *De Foro Competenti*. Cap. Unic. Quamvis. p. 51.
Tit. III. *De Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*. Cap. Unic. Cauſa beneficiali. p. 55.
Tit. IV. *De Dolo, & Contumacia*. Cap. Unic. Si ante diffinitivam. p. 56.
Tit. V. *Ut lite pendente nil innovetur*. Cap. I. Si duobus. p. 57.
Cap. II. Cum lite pendente. p. 59.
Tit. VI. *De ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum*. Cap. Unic. Ad compeſcendas. p. 60.
Tit. VII. *De Probationibus*. Cap. Unic. Litteris. p. 64.
Tit. VIII. *De Teſtibus*. Cap. I. Cum Judæi. p. 65.
Cap. II. Teſtibus. p. 66.
Tit. IX. *De jure jurando*. Cap. Unic. Romani Principis. p. 67.
Tit. X. *De Exceptionibus*. Cap. Unic. Excommunicationis. p. 77.
Tit. XI. *De Sententia, & re judicata*. Cap. I. Ut calumniis. p. 78.
Cap. II. Paſtoralis. p. 80.
Tit. XII. *De Appellationibus*. Cap. I. Si a judicibus. p. 89.
Cap. II. Quamvis rigor. p. 89.
Cap. III. Sicut appellationem. p. 92.
Cap. IV. Quamdiu. p. 93.
Cap. V. Appellanti. p. 94.
Cap. VI. Si appellationem. p. 96.
Cap. VII. Cum a repulſione. p. 96.

LIBER TERTIUS.

Tit. I. *De Vita, & Honeſtate Clericorum*. Cap. I. Dioeceſanis. p. 97.
Cap. II. Quoniam. p. 100.
Tit. II. *De Praebendis, & Dignitatibus*. Cap. I. Si dignitatem. p. 104.
Cap. II. Per litteras. p. 106.
Cap. III. Si plures. p. 107.
Cap. IV. Si Romanus. p. 108.

Cap.

Cap. V. Si de Beneficio. p. 109.
Cap. VI. Si juxta. p. 109.
Tit. III. *De Conceſſione Præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis*. Cap. Unic. Cum ei. p. 110.
Tit. IV. *De rebus Eccleſiæ non alienandis*. Cap. I. Monaſteriorum. p. 113.
Cap. II. Si una Eccleſia. p. 115.
Tit. V. *De Rerum Permutatione*. Cap. Unic. Ne conceſſione. p. 117.
Tit. VI. *De Teſtamentis, & ultimis Voluntatibus*. Cap. Unic. Religioſis. p. 118.
Tit. VII. *De Sepulturis*. Cap. I. Eos qui. p. 119.
Cap. II. Dudum. p. 121.
Tit. VIII. *De Decimis, Primitiis, & Oblationibus*. Cap. I. Religioſi. p. 132.
Cap. II. Si Beneficiorum. p. 134.
Tit. IX. *De Regularibus, & Tranſeuntibus ad Religionem*. Cap. I. Ut Profeſſores. p. 135.
Cap. II. Eos qui. p. 137.
Tit. X. *De Statu Monachorum, vel Canonicorum Regularium*. Cap. I. Ne in agro. p. 138.
Cap. II. Attendentes. p. 148.
Tit. XI. *De Religioſis Domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ*. Cap. I. Cum de quibuſdam. p. 152.
Cap. II. Quia contingit. p. 156.
Tit. XII. *De Jurepatronatu*. Cap. I. Ut conſtitutio. p. 161.
Cap. II. Plures p. 163.
Tit. *De Cenſibus, Exactionibus, & Procuratoribus*. Cap. I. Cum ſit. p. 167.
Cap. II. Ad noſtrum. p. 168.
Cap. III. Præſenti. p. 170.
Tit. XIV. *De Celebratione Miſſarum, & alii Divinis Officiis*. Cap. I. Gravi. p. 172.
Cap. II. Dignum. p. 175.
Tit. XV. De *Baptiſmo & ejus effectu*. Cap. Unic. Præſenti prohibemus. p. 176.
Tit. XVI. *De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum*. Cap. Unic. Si Dominus. p. 178.
Tit. XVII. *De Immunitate Eccleſiarum*. Cap. Unic. Quoniam. p. 185.

LIBER

LIBER QUARTUS.

Tit. I. *De Conſanguinitate, & Affinitate*. Cap. Unic. Eos, qui p. 187.

LIBER QUINTUS.

Tit. I. *De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi*. Cap. I. Inter ſollicitudines. p. 189.
Cap. II. Cum ſit. p. 191.
Tit. II. *De Judæis, & Saracenis*. Cap. Unic. Cedit. p. 193.
Tit. III. *De Hæreticis*. Cap. I. Multorum. p. 195.
Cap. II. Nolentes. p. 203.
Cap. III. Ad noſtrum. p. 205.
Tit. IV. *De Homicidio Voluntario, vel Caſuali*. Cap. Unic. Si furioſus. p. 208.
Tit. V. *De uſuris*. Cap. Unic. Ex gravi. p. 209.
Tit. VI. *De Exceſſibus Prælatorum*. Cap. Unic. Frequens. p. 211.
Tit. VII. *De Privilegiis, & Exceſſibus Privilegiatorum*. Cap. I. Religioſi. p. 218.
Cap. II Archiepiſcopo. p. 222.
Tit. VIII. *de pœnis* Cap. I. Si quis. p. 224.
Cap. II. Multorum. p. 228.
Cap. III. Cupientes. p. 230.
Tit. IX. *de Pœnitentiis, & Remiſſionibus*. Cap. I. Cum. p. 234.
Cap. II. Abuſionibus. ibid.
Tit. X. *de Sententia Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti*. Cap. I. Ex frequenti. p. 237.
Cap. II. Gravis p. 240.
Cap. III. Cum ex eo p. 242.
Cap. IV. Si Summus p. 243.
Tit. XI. *De Verborum Significatione*. Cap. I. Exivi p. 244.
Cap. II. Sæpe p. 267.

CLE-

Digitized by Google

CLEMENTIS PAPÆ V.

CONSTITUTIONES

PROHŒMIUM.

JOHANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis Filiis Doctoribus, & Scholaribus univerſis Bononiæ commorantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QUONIAM nulla juris Sanctio quantumcumque perpenſo digeſta conſilio ad humanæ naturæ varietatem, & machinationes ejus inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ ambiguitatis attingit: eo præſertim quod vix aliquid adeo certum, clarumque ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus, quibus jura jam poſita mederi non poſſint, in dubium revocetur. Quia etiam ab adoleſcentia viri proclivis ad malum ſenſualitas humana declinat: per quod morum ſubverſio in Clero, & populo frequenter obrepit, neceſſaria eſt Superioris auctoritas, ut tam per determinationis opportunæ ſuffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, & obſcura ſuccidat, quàm per Cultoris providi ſarculum extirpet vitia, virtutes inſerat, corrigat exceſſus, moreſque reformet.

Hæc ſanè felicis recordationis Clemens Papa V. Prædeceſſor noſter prudenter attendens, & providè cupiens deformatorum reformationi proſpicere, ſolvere difficilia, ac Sanctiones quæſtionibus, & negotiis immi-

Digitized by Google

nentibus conſonas promulgare: Dudum nedum in Concilio Viennenſi, quin etiam ante, & poſt ipſum Concilium Conſtitutiones plurimas edidit, in quibus multa utilia ſtatuit, atque ſalubria, & nonnulla dubia in judiciis, & extra frequentata decidit. Et licet eas collectas in unum volumen, & ſub congruis titulis collocatas mittere decreviſſet, & dare in commune ſubjectis: aſſidua tamen occupatio circa magna, ac fortis humanæ conditio, quæ ipſum de medio ſuſtulit, in cauſa fuerunt, quare ſuum in hac parte propoſitum non implevit.

Nos etiam qui ſicut eidem (licet immeriti) in Apoſtolatus Officio, Domino permittente ſucceſſimus: ſic & in affectus plenitudine, in his, quæ compendium univerſi concernunt, ſucceſſiſſe debemus, tot grandibus agendis, & arduis fuimus a noſtræ promotionis exordio circumſepti, quod tam ex hoc, quam ex cauſis rationabilibus aliis, quas ſub ſilentio providimus committendas, prædictas vobis communicare Conſtitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur (opportunitate captata) illas Vobis ſub Bulla noſtra tranſmittimus: Univerſitati Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eas prompto affectu ſuſcipiatis, & ſtudio alacri, eis ſic Vobis manifeſtatis, & cognitis, uſuri de cætero in judiciis, & in Scholis. Data Avinione viij. Calend. Novembris Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Recenſitum Johannis XXII. prohœmium latè, eruditèque exornant. Aegidius Bellamera Repetit. in Clementin. ad Prohæmium.

Andreas Barbatia ante titulos Clementin. de Summa Trinitate, de Reſcriptis & de Electione, quos doctè pertractat.

CLE-

CLEMENTINARUM
LIBER I. TIT. I.
De ſumma Trinitate, & fide Catholica.
CAPIT. PRIMUM.

FIDEI catholicæ fundamento præter quod (teſte Apoſtolo) nemo poteſt aliud ponere firmiter inhærentes, aperte cum Sancta matre Eccleſia confitemur, Unigenitum Dei Filium in his omnibus, in quibus Deus pater exiſtit, una cum patre æternaliter ſubſiſtentem partes noſtræ naturæ ſimul unitas (ex quibus ipſe in ſe verus Deus exiſtens, fieret verus homo) humanum videbitur corpus paſſibile, & animam intellectivam, ſeu rationalem ipſum corpus vere per ſe, & eſſentialiter informantem aſſumpſiſſe ex tempore in Virginali thalamo ad unitatem ſuæ hypoſtaſis & perſonæ. Et quod in hac aſſumpta natura ipſum Dei verbum pro omnium operanda ſalute non ſolum affigi Cruci, & in ea mori voluit; ſed etiam emiſſo jam ſpiritu perforari lancea ſuſtinuit latus ſuum, ut exinde profluentibus undis aquæ, & ſanguinis forma-

Digitized by Google

formaretur unica, & immaculata ac Virgo Sancta Mater Eccleſia Conjux Chriſti (1). Sicut de latere primi hominis ſoporati Eva ſibi in conjugium eſt formata: ut ſic certæ figuræ primi, & veteris Adæ (qui ſecundum Apoſtolum eſt forma futuri) in noſtro noviſſimo Adam, ideſt Chriſto, veritas reſponderet. Hæc eſt inquam veritas illius prægrandis Aquilæ vallata teſtimonio, quam Propheta vidit Ezechiel animalibus cæteris Evangelicis tranſvolantem, Beati Johannis videlicet Apoſtoli, & Evangeliſtæ, qui Sacramenti hujus rem geſtam narrans, & ordinem in Evangelio ſuo dixit. Ad Jeſum autem cum veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum non fregerunt ejus Crura, ſed unus Militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis, & aqua; & qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium ejus: & ille ſcit, quod vera dicit, ut & vos credatis.

Nos igitur ad tam præclarum teſtimonium, ac Sanctorum Patrum, & Doctorum communem ſententiam apoſtolicæ conſiderationis (ad quam dumtaxat hæc declarare pertinet) aciem convertentes ſacro approbante Concilio declaramus prædictum Apoſtolum, & Evangeliſtam Johannem rectum in præmiſſis factæ rei ordinem tenuiſſe, narrando, quod Chriſto jam mortuo unus Militum lancea latus ejus aperuit (2).

Porro doctrinam omnem, ſeu poſitionem temere aſſerentes, aut vertentes in dubium, quod ſubſtantia animæ rationalis, ſeu intellectivæ vere, ac per ſe humani corporis non ſit forma: velut erroneam, ac veritati catholicæ inimicam fidei ſacro approbante Concilio reprobamus. Diffinientes, ut cunctis nota ſit fidei ſinceræ veritas, ac præcludatur univerſis erroribus aditus, ne ſubintrent, quod quiſquis deinceps aſſerere, defendere, ſeu tenere pertinaciter præſumpſerit, quod anima rationalis, ſeu intellectiva non ſit forma corporis humani per ſe,

Digitized by Google

ſe, & eſſentialiter tamquam hæreticus ſit cenſendus (3).

Ad hoc baptiſma unicum baptizatos omnes in Chriſto regenerans eſt (ſicut unus Deus, ac fides unica) ab omnibus fideliter confitendum: Quod celebratum in aqua in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti credimus eſſe tam adultis, quam parvulis communiter perfectum remedium ad ſalutem. Verum quia quantum ad effectum baptiſmi in parvulis reperiuntur Doctores quidam Theologi opiniones contrarias habuiſſe: Quibuſdam ex ipſis dicentibus, per virtutem baptiſmi parvulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri. Aliis e contra aſſerentibus, quod & culpa eiſdem in baptiſmo remittitur, & virtutes, ac informans gratia infunduntur quoad habitum, etſi non pro illo tempore quoad uſum. Nos autem attendentes generalem efficaciam mortis Chriſti (quæ per baptiſma applicatur pariter omnibus baptizatis) opinionem ſecundam, quæ dicit tam parvulis, quam adultis conferri in baptiſmo informantem gratiam, & virtutes (4) tamquam probabiliorem, & dictis Sanctorum, ac Doctorum modernorum theologiæ magis conſonam, & concordem ſacro approbante Concilio duximus eligendam.

(1) Nota quod Eccleſia eſt Chriſti Sponſa Immaculata.

Lauræa in Epitom. Canon. verb. Eccleſiæ Catholicæ natura.

(2) Tres in hujuſmodi Clementina per Viennenſe Concilium damnantur errores, quorum alter eſt illorum, qui temere aſſeruerunt, quod *vivente adhuc Chriſto* unus Militum lancea latus ejus aperuit, & declaratur S. Johannem Evangeliſtam rectum factæ rei ordinem tenuiſſe, narrando, quod *Chriſto jam mortuo* unus militum lancea latus ejus aperuit.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor. Concil. n. 3. pag. 490.

Baronius To. 1. Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſt. 34 n. 132.

Jacobus Hyacintus Serry in exercitationib. Hiſtoric. Critic. Polemic. de Chriſto, ejuſq. Virgin. Matr. exercit. 54. n. 5.

Alphonſus de Caſtro adverſus hæreſes lib. 4. Verb. Chriſtus §. Decima hæreſis.

Medi-

Medina in 3. part. S. Thomæ quæſt. 50. in expoſit. art. *6*. §. Ad Secundum.

Suarez in 3.part. S. Thom. to. 2. diſput.41. Sect.1.

(3) Secundus error verſatur circa modum, quo anima rationabilis informat corpus humanum, & in hac Clementina ſtatuitur, quod Anima intellectiva, ſeù rationalis per ſe ſit vera forma Corporis: alitèr vero aſſerentes, vel dubitantes ut hæretici judicantur.

Franciſcus Cardinalis Zabarella ſuper Clement. *Fidei* p.5.n.4. & 5.

Ægidius Bellamera in eadem. Clement. *Fidei*. n.2. fol.10. a tergo To. *6*.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Anima pag.27.

Vaneſpen. Summ. in Canon. Opus Poſthumum Obſervat. in Clementin. *Fidei*. pag.506.

Paravicin. in Polyanth.Sacror. Canon. verbo Anima rationalis To. 1. pag.*67*.

Caballut. Notitia Eccleſiaſt. Hiſtor. Concil. n.3. pag.490.

Ludovicus Carerius in tractat. de Hæretic. n.56.

Ferrari in Bibliotheca Canonic. Verb. Anima n.1.

Bonifacius de Vitalinis Comment. ad Clement. Conſtitut. ad hunc titulum.

(4) Tertiò, quod per Baptiſmum parvulis non conferantur virtutes; & electa fuit, tanquam probabilior, & dictis Sanctorum, ac modernorum Theologorum magis conſona opinio illorum Doctorum, qui tenent, quod in *Baptiſmo parvulis conferantur virtutes*.

Text. in Cap. Majores §. Illud verò de Baptiſmo.

Fagnan. in Cap. cum in Jure de Offic.& poteſt.Jud.Delegat.n.5.

D. Thom.in 3. part. quæſt.*69*. art. 5. in Corp.

A S. Gregorio in univ. Tract. lib.3. de Sacram. Cap.3. n.5.

Layman in Theolog. Moral. lib.5. tract.1. cap.*6*. n.*6*.

Suarez in 3. part.quæſt.*62*. art. 4. Sect.5. pag.72.

Vaſquez in 3. part. quæſt. *64*. diſput.135. cap.4. n.48. pag.241.

Droen de re Sacramentar.to.1. lib.1. cap.1. quæſt.5.

Concina de Sacram. in gener. to. 8. cap.8. quæſt. 4. n.28.

Gotti in 3. part. de Sacramentor. efficac.to.2.quæſt.4. dub.2. §.1.

Lauræa in Epitom. Canon. in Verb. Baptiſmi effectus.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. verbo Baptiſmus adultis to. 1. pag.146.

De

Digitized by Google

De Reſcriptis. Tit. II.

CAPIT. PRIMUM.

Abbates, aut alii Religioſi (1), quibuslibet adminiſtrationibus præſidentes occaſione prioratuum, ſeu aliorum locorum ſubditorum eiſdem, nullum auctoritate litterarum Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum ipſius quomodolibet valeant convenire (2). Niſi ubi, & coram quibus prioratuum, & locorum ipſorum prioribus, aut aliis gubernatoribus hoc liceret. Nec occaſione locorum ad Menſas pertinentium eorumdem aliud ipſis ſuper hoc liceat, quam ſi loca ipſa ſic præmiſſa ſpeciales ſub eis gubernatores haberent. Si quis autem aliquem contra hæc vexare præſumpſerit, in expenſis ſibi, & intereſſe per Judicem (coram quo vexatio fiet hujuſmodi) condemnetur (3): omniſque proceſſus contra præmiſſa habitus ſit irritus ipſo jure (4), niſi ad id expreſſus partium accedat aſſenſus.

(1) Not. 1. quod id, quod in hujuſmodi Clementina dicitur de Religioſis habentibus loca ſubjecta procedit quoque Secularibus in Prælatis ſubjecta loca aliena in Diœceſi poſſidentibus.

Andreas Barbatia ſuper Clementina *Abbates* n. 30. fol. 22. a tergo.

Not. 2. quod ſicuti nedùm Prælati, ſed etiam Præſidentes agunt pro locis, & adminiſtrationibus inferioribus, ita ſub hoc generali verbo omnes Superiores adminiſtratores comprehenſi remanent, ſivè magiſtri ſint, ſivè miniſtri, & præceptores, ſivè Commendatores, & Præpoſiti appellentur, ſivè mendicantium, ſivè non mendicantium religiones exiſtant.

Ægidius Bellamera Repetit. in dicta Clementina *Abbates* n. 5. fol. 14. a tergo To. 6.

(2) Abbas ſuos tantùm convenire poteſt Subditos & judicare, & non alios exteros.

Lauræa in Epitom Canon. verbo Abbatis juriſdictio pag. 2.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. verbo Abbas ſubditos to. 1. pag. 4.

Joannes de Manaſſio in auction. ad

ad Clement. Conſtitut. Bonifacij de Vitalinis ad hunc locum.

(3) Abbates, aut alii Regulares Superiores non poſſunt ſervos ſuos convenire coram ſe, niſi in eos juriſdictionem habeant, aliàs ad expenſas, & intereſſe tenentur.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Regularibus circa prohibita pag. 726.

Paulus de Lazzaris Epitome Clementinar. ad hunc titul.

(4) Et proceſſus eſt ipſo jure irritus.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus, ſuper hac Clementin. in Notis verb. Abbates.

CAPIT. SECUNDUM.

ETſi principalis Officialis (1) Epiſcopi, aut Religioſus Conventualem (2) obtinens prioratum (quamvis ad prioratum eumdem prior non conſueverit per electionem (3) aſſumi) a Sede Apoſtolica, vel Legato ejuſdem dari valeat delegatus. In Officiali tamen foraneo (4), aut Religioſo Monaſterii ſui priore Clauſtrali (5), nequaquam hoc volumus obſervari,

(1) Sciendum eſt, quod officialis principalis Epiſcopi ritè valet a Papa delegari.

Alzedo de Epiſcop. dignit. Præcellent. par. 2. de Vicar. general. creat cap. 2. n. 8.

Daniel de Nobilib. in Addit. 30. n. 92. fol. 80.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 28. n. 5.

Gratian. diſcept. forenſ. cap. 106. n. 28.

Maſſobr. de Synod. Diæceſan. cap. 4. Dub. 13. n. 15.

Thomaſin. de Benef. par. 1. lib. 1. cap. 8. n. 6.

Advertendum, quod nomine officialis venit etiam Epiſcopi Vicarius, quia quum inter Vicarium, & officialem aliud non adſit diſcrimen, quam ſola differentia in nomine, ita in jure confunduntur.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 26.

Barboſ. in Jur. Eccleſ. Univ. lib. 1. cap. 15. n. 13.

Mandoſius in Prax. in tractat. de Monitoriis quæſt. 60. n. 9. pag. 20.

Sbroz. de Vicar. Epiſcop. lib. 1. quæſt. 2. n. 10. & quæſt. 5. n. 1.

Solier. ad Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 1. pag. 39.

[2] Nota 1. quod etiam Prior Conventualis poteſt eſſe Papæ delegatus.

Fagnan. in Cap. Sanè il 2. n. 33. de

Digitized by Google

33. de offic. Delegat.

Cucch. in Inſtit. Maior. lib. 3. tit. 4. ſub §. Sciendum.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Prior.

Maſſobr. de Synod. Diæceſan. Cap. 4. Dub. 13. n. 40.

Ferrari Bibliotheca Canonica Verb. Delegatus n. 30.

(3) Nota 2. quod Prioratus Conventuales non ſunt collativi, ſed electivi.

Tondut. quæſt. & reſol. Benef. par. 2. Cap. 3. §. 10. n. *6*.

Rota deciſ. *492*. n. 2. coram Buratto.

(4) Nota 3. quod vigore huius Clementinæ Vicarius Foraneus Epiſcopi non eſt habilis, ut ſit Papæ delegatus.

Daniel de Nobilib. in addit. 30. n. *93*. fol. 80.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 28. ſub n. 5.

Pellegrin in Prax. Vicar. par. 1. ſect. 7. n. 25. pag. *63*.

Sbroz de Vicar. Epiſcop. lib. 2. quæſt. 22. n. 14. & quæſt. 23. n. 8.

Fattoliſ. de Immunit. Eccleſ. ſuper hac Clementina tom. 2. pag. 432. §. 25.

Maſſobrius de Synod. Diæceſan. Cap. 4. Dub. 13. n. 17.

(5) Item nec Priores Clauſtrales poſſunt in vim recenſitæ Clementinæ eſſe delegati Papæ.

Paſſerin. de Stat. Homin. to. 2. n. 22. pag. *294*.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. Verbo Prior Conventualis to. 3. pag. *394*.

Petrus de Ancharano ſuper Clementinis in Clementina *Et ſi principalis* n. *9*. pag. *6*.

Nota 3. quod ex Datariæ ſtylo deputationes in Brevibus Apoſtolicis regularitèr dirigi ſemper ſolent vel Vicariis Generalibus Epiſcoporum, vel aliis Perſonis Eccleſiaſtica in Dignitate conſtitutis, & numquam ad Partium inſtantias decerni.

Corrad. in Prax. diſpenſat. lib. *9*. cap. 4. n. 32.

Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtol. To. 2. pag. mihi 112. & 115.

Rota in recent. deciſ. 430. n. *6*. par. 2.

Anagnina Emphyteuſis 3. Martii 1732. §. In hac coram Cardinali Aldrovando.

Nota 4. quod quum Canonici Eccleſiæ Collegiatæ non habeantur pro Perſonis in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis non ſolent in Delegationibus Apoſtolicis includi.

Rota in Romana Penſionum 13. Januarii 1747. §. 8. coram Cardinali Millino.

CAPIT. TERTIUM.

AUditor in Romana Curia (1) deputatus a nobis de beneficio (quod pronunciabit alicui de jure fore debitum) de jure poterit ſibi abſque commiſſione alia (2) ut vitetur circuitus (3) providere.

(1) Nota 1. quod hujuſmodi Clementina *Auditor* quum loquatur dumtaxat de Judicibus in Romana Curia deputatis, ideo per eam non corrigitur textus in *Cap. Super eo* 15. *de Offic. Jud. delegat*; qui loquitur de Auditoribus in Romana Curia deputatis.

Roger. de Jur. Interpret. n. 64. Tractat. Magn. to. 1. fol. 389.

Selva de Benef. par. 2. quæſt. 13. n. 7. in Tractat. Magn. To. 15. par. 1. fol. 40. a tergo.

Tondut. quæſt. & reſol. Benef. par. 2. Cap. 3. §. 14. n. 3.

(2) Not. 2. quod Auditores Rotæ Romanæ poſſunt abſque alia commiſſione providere de beneficio, quod alicui fore debitum pronunciant.

Gonzalez adRegul. 8. Cancell. Gloſ. 17. n. 3.

Murga de Benef. quæſt. 3. n. 277.

Rota deciſ. 29. n. 30., & 31., & deciſ. 37. n. 35. coram Otthobono.

Quia talis Auditor lite pendente in Rota in vim ſpecialis privilegii Clementis V. ſuccedit in locum certi Exequutoris.

Petra ad Conſtit. Apoſt. to. 4. pag. 416. n. 12. & ſeqq.

Rota in recent. deciſ. 76. n. 1. par. 19. To. 1.

Coram Cerro deciſ. 580. n. 1, & decis 581. n. 4.

Coram Priolo decis. 200. n. 7.

Et ideò poteſt proviſionem facere de Beneficio, & alia omnia agere pro executione litterarum Apoſtolicarum.

Rota deciſ. 581. n. 4. coram Cerro.

Coram Pamphilio deciſ. 611. n. 1.

Item ſuccedit loco Epiſcopi.

Alphonſus de Leone de Offic. Cappell. quæſt. 4. prax. 5. n. 113.

Rota in recent. deciſ. 289. n. 88. par. 6. in Majoricen Succeſſionis 27. Februarij 1711. §. Conjecturæ denique coram Card. Aldrovando.

(3) Nota 3. quod mem orata Clementina *Auditor* ratione circuitus evitandi non eſt extendenda.

Murga de Benefic. queſt. 3. ſub n. 277.

Rogerius de Jur. Interpret. n. 61. in Tractat. Magn. to. 1. fol. 389.

Petrus

Petrus de Ancharano ſuper Clementinis in Clem. *Auditor* n.6. pag. 7.

Sciendum eſt, quod Clementina *Auditor* locum tantùm obtinet in ſolis Rotæ Romanæ Auditoribus, ad quorum favorem ejuſdem diſpoſitio emanavit.

Cardinalis Zabarella ſuper Clementina *Auditor* n. 7. pag. 8. a tergo.

Rota in recent. deciſ. 238. n. 9. par. 10. & deciſ. 82. n. 14. par. 19. to. 1.

Coram Bichio deciſ. 363. n. 11.

Non verò in aliis Romanæ Curiæ Auditoribus, qnales ſunt Auditor. Cameræ, vel Contradictarum.

Lotter. de Re benef. lib. 2. queſt. 13. n. 73.

Rota deciſ. 685. n. 11. coram Penia impreſſ. Venet.

Proindequè in vim hujus Clementinæ Rota gerit figuram Superioris nedum Epiſcoporum; verum etiam majori auctoritate fulgentium.

Rota coram Priolo decif. 456. n. 6.

Coram Anſaldo deciſ. 515. n. 32.

Quamvis Clementina *Auditor* loquatur de proviſione, procedit tamen in præſentatione, ſeù inſtitutione, & confirmatione.

Mandoſius ad Regul. Cancell. 32. queſt. 4. n. 4.

Rota deciſ. 363. n. 10. coram Bichio.

Coram Pamphilio deciſ. 116. n. 16.

Aquilana Beneficii 30. Januarii 1747. §. 16. coram Vicecomite. Præmislien. Præpoſituræ ſuper Manutentione, & Inſtitutione 29. Februarii 1760. §. 9. coram Ratta.

Notandum denique eſt, quod recenſita Clementina *Auditor* ad omnes ſe extendit caſus, etiam non beneficiales.

Paulut. diſſert. forenſ. to. 2. diſſert. 86. n. 98.

Rota poſt eumdem deciſ. 2. ſub n. 14.

Coram Bichio deciſ. 334. n. 16.

Coram Manzanedo deciſ. 898. n. 6.

Coram Merino deciſ. 72. n. 11.

Coram Roxas deciſ. 129. n. 7.

Forolivien. Loci Conſilii 5. Martii 1706. n. 33. coram Priolo.

Sixtus IV. omnium primus Auditorum Rotæ numerum ad duodecim reſtrinxit. Erant enim adhuc tempore Sixti numero quatuordecim.

Gomes in Regul. Cancellar. pag. 4. litt. D.

Ferrari in Bibliotheca Canonica verb. Auditor n. 52.

CAPIT. QUARTUM.

GRatiæ ut de dignitate, vel beneficio curato tibi provideatur, renuntiare videris, ſi ante adeptionem ejuſdem aliud beneficium (1) pacifice (2) aſſequaris, quod ſimul de jure cum dignitate, vel beneficio virtute dictæ gratiæ tibi debito retinere non poſſes, licet illud reſignaveris (3), aut ſis reſignare paratus.

(1) Expectans gratiam de beneficio vacaturo, ſi antequam gratia, ſeù expectativa ſuum ſortiatur effectum aliud obtinet beneficium incompatibile cum promiſſo, ſeù expectativa, perdit primum, cui renunciatum cenſetur per alterius obtenti aſſecutionem.

Valenzuel. Conſil. 83. n. 63. to. 1.

Lauræa in epitom. Canon. in Verbo Gratia, ſeù conceſſio. pag. 411.

Navar. in Cap. Si quando 6. n. 1. & ſeq. de Reſcript.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina Gratiæ de Reſcript. fol. 9. n. 1.

Zevall. practic. quæſt. 828. n. 56. & ſeqq. To. 3.

Gavant. in Manual. Epiſcop. Verb. Beneficiorum vacatio n. 4.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. verb. Expectativæ to. 2. pag. 283.

Rota in Monaſterien. Parochialis 28. Junii 1748. §. 3. coram Lana.

(2) Procedit quando adeptio alterius incompatibilis eſt pacifica.

Vitalin. in Clementina Gratiæ n. 51. fol. 15.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 23. n. 25.

Lelius Zecchius de Benef. & Penſion. Eccleſ. Cap. 5. pag. 59.

Rebuff. in repetit. Canon. Extirpandæ §. Qui verò de Præbend. in antiq. pag. 438. ſub. n. 254. col. 1.

Rota in Uladislavien. Canonicatus 21. Junii 1748. §. 22. coram Cortada.

Not. quod ad effectum, ut Beneficium dicatur vacans requiritur vacatio de facto.

Text. in cap. cum noſtris de conceſſ. Proebend.

Lotter. de re Benef. lib. 3. queſt. 8. n. 21.

Rota in Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ 31. Januarii 1721. §. Cumque coram Foſcaro.

(3) Hujuſmodi Clementina procedit etiam in caſu, quo Proviſus de ſecundo beneficio proteſtetur, quod per illius aſſecutionem non intelli-

telligatur renunciatum liti, & cauſæ ſuper primo. Beneficio vertenti.

Roxas de Incompatibilitat.par. 7. cap. 4. n.11. & 14. ubi plures ad ornatum, & interpretationem hujus Clementinæ afferuntur limitationes.

Piton. Diſcept. Eccleſ. 134. n. 40.

Rota in Monaſterien.Parochialis 28.Junii 1748. §.4. coram Lana.

Notandum, quod Clementinæ *Gratiæ* eſt derogatum, quum Papa voluerit duo conferenda nominato beneficia.

Rebuff. reſponſ. & Conſil. 27. verſ. nonò.

Hujuſmodi Clementina *Gratiæ* loquitur de renunciatione juris ad rem, quæ facilius perditur.

Guidopapa Conſil. 172. n. 1. in fin.

CAPIT. QUINTUM.

Litteras noſtras ſuper conferendo tibi beneficio vacaturo directas, ad beneficium poſt datam ipſarum creatum ſtatuimus non extendi (1).

(1) Sciendum eſt, quod gratia ad beneficium vacaturum ad alterum poſt ipſam datam creatum non extenditur.

Barboſ. in Leg. Divortio §. Quodqui in anno n. 16. circa fin. ff. Solut. matrim.

Fattolil. de Immun. Eccleſ. ſuper hac Clementin. tom. 2. pag. 490. §.140.

Caſtillo Quotid. Controv.lib.6. Cap.14. n.26. tom.7.

Lauræa in Epitom. Canon. in verbo Gratia, ſeu conceſſio.

Vitalin. in Clementina *Litteras*. pag.15. a tergo n.21.

Cardinalis Zabarella in eadem Clementina pag.11. n.1.

Larrea Allegat. fiſcal. 89. n.5. par. 2.

Rebuff. in repetit. Can. Extirpandæ §. Qui verò de Præbend. in antiq. pag. 437. col.2. n.254.

In reſcriptis enim gratioſis ad beneficium vacaturum *datæ* tempus inſpicitur, non verò tempus *Vacaturæ*.

Arias de Meſa Var.reſol.lib.3. Cap.41. n.22.

Torres de pact. futur. Succeſſion. lib.3. Cap.14. ſub n.5.

Petrus de Ancharano ſuper Clementinis in Clementina *Litteras* n.3. pag.10.

Limit. in Officiis, & Dignitatibus, quibus ſicuti eſt adminiſtratio injuncta, ita non tempus *datæ*, ſed poſſeſſionis dies eſt inſpicienda.

Arias de Meſa in loco ſupracitato n.28.

San-

Sanfelic. Deciſ. Neapol. 269. n.2. §. Secundò.

Tapia Deciſ. 21. Ital. n. 15. cum ſeqq.

Hujuſmodi Clementina *Litteras* procedit, quando diſpoſitio eſt particularis, & eſt in Ordinariorum præjudicium: Secùs verò quando conceſſio eſt indefinita, & ſolùm concedenti infert præjudicium.

Auguſtinus Barboſa in Collectan. Doctor. lib. 5. Decret. to. 3. pag. 242. n. 17.

Caſtillo Quotid. Controv. lib. 6. Cap. 14. n. 39. n. 7.

Procedit quoquè in beneficiis antè reſervationem creatis, ſed ſubindè a Superiore approbatis.

Mandoſius ad Regul. Cancellar. 3. quæſt. 7. n. 21.

De Electione, & Electi poteſtate. Tit. III.

CAPIT. PRIMUM.

CUM rationi non congruat, ut homines diſparis profeſſionis, vel habitus ſimul in eiſdem Monaſteriis, ſocientur (1): Prohibemus ne Religioſus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alterius Religionis, vel habitus de cætero eligatur (2). Quod ſi ſecus actum extiterit, ſit eo ipſo irritum, & inane (3), Per hoc autem, quin Religioſus in Epiſcopum ſecularis, vel cujuslibet regularis Eccleſiæ licite poſſit eligi (4) non intendimus prohibere.

(1) Non convenit, ut homines diſparis profeſſionis, vel habitus eiſdem in Monaſteriis ſocientur, ne ex diſpari obſervantia in eodem loco ſcandalum generetur.

Ripa in Decretal. lib. 1. reſponſ. 5. n. 8. de Conſti. & Statu.

Albitius de Juriſdict. S. R. E. Cardinalium pag. 38. n. 122.

Tondut. quæſt. & reſol. benef. par. 3. cap. 136. n. 3.

Vela Diſſert. Jur. 7. n. 25.

Solier ad Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. pag. 461.

Benedictus Capra in Clementina *Cum rationi* inſerta in Repetit. in Clementin. iſthac Ægidii Bellamer. To. 6. n. 2. fol. 29. a tergo.

Murga de Benef. quæſt. 3. n. 900.

Rota in Corduben. Cappellaniæ 23. Januarii 1730. §. Sed coram Cardinal. Aldrovando.

Religioſi ſponte Abbatem vel

Præ.

Digitized by Google

Prælatum eligentes neceſſe eſt, ut electio de altero ex illis fiat, qui ejuſdem ſit Ordinis, & Religionis.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 6. §. 2. n. 22.

Cardinalis Zabarella in Clementina *Cum rationi* Cap. 1. ſub. n. 12. ubi ait, quod ultra diſparitatis rationem, altera quoque ſub eſt ratio in Prælato diverſæ profeſſionis, minoris nempè inſtructionis alterius religionis.

Girald. ad Theſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. Cap. 3. verbo Electio, vel poſtulatio pag. 173.

Paſſerin. de Stat. Homin. quæſt. 185. artic. 8. n. 42. to. 1.

(3) Aliàs electio hujuſmodi eo ipſo irrita prorſus eſt, & inanis.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Regulares Superiores.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. verbo Regulares Superiores n. 5. pag. 459.

Fallit in Cathedralibus Regularibus.

Frances de Eccleſ. Catthedral. cap. 31. n. 85.

Notandum, quod Iſtius Clementinæ prohibitio locum ſibi vindicat eo in caſu, quo recenſiti homines diverſæ profeſſionis, & habitus ſocialitèr, & conventualiter uti unum Corpus congregantur; ſecùs autèm ſi uti ſinguli.

Theodoſius Rubeus Singular. to. 2. par. 5. pag. 520.

Fagnan. in cap. cum cauſam de Elect. n. 10.

Rota deciſ. 370. n. 8. coram Ludoviſio.

(4) Sciendum eſt, quod in vim hujus Clementinæ Regulares eligi poſſunt in Epiſcopos.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Regularium privilegia.

Barboſa de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 8. n. 128., & cap. 43. n. 230.

Petra ad Conſtit. Apoſtol. to. 3. pag. 200. n. 6. & 7.

Rebuff. Prax. Benef. de Vicar. Epiſcop. n. 30. fol. 35.

Paravicin. in Polyanthæa Sacr. Canon. verbo Regularium privilegia n. 13. pag. 472.

CAPIT. SECUNDUM.

NE Romani electioni Pontificis indeterminata opinionum diverſitas aliquod poſſit obſtaculum, vel dilationem afferre. Nos inter cætera præcipue attendentes, quod lex Superioris per inferiorem tolli non poteſt (1.); opinionem aſtruere [ſicut accepimus] ſatagentem, quod Conſtitutio felicis recordationis Gregorii Papæ X. prædeceſſoris noſtri circa electionem præfatam

tam edita in Concilio Lugdunenſi per Cœtum Cardinalium Romanæ Eccleſiæ (ipſa vacante) modificari poſſit corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, ſivè addi, vel diſpenſari quomodolibet circa ipſam, ſeu aliquam ejus partem, aut eidem etiam renuntiari per eum tanquam veritati non conſonam de Fratrum noſtrorum conſilio reprobamus (2); irritum nihilominus, & inane decernentes quicquid poteſtatis, aut juriſdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis, niſi quatenus in Conſtitutione prædicta permittitur Cætus ipſe duxerit (eadem vacante Eccleſia) exercendum (3).

Eo tamen proviſo, quod ſi ejuſdem Eccleſiæ Camerarium, aut Majorem, vel aliquos alios ex Pœnitentiariis (quorum officium per obitum ejuſdem Pontificis noluмus expirare) (4) per mortem, vel alias deficere quovis modo contingat; valeat idem Cætus ad tempus vacationis hujuſmodi pro numero deficientium, vel ampliori etiam, quantum ad Pœnitentiarios (ſi hoc eidem cætui concorditer expedire videbitur) alios ſubrogare (5).

Sanè cum juxta Conſtitutionem prædictam Papa extra Civitatem, in qua cum ſua erat Curia, moriente in Civitate, in cujus diſtrictu, ſeù territorio moritur, ſit regulariter Succeſſoris electio celebranda; diſtrictus ſeu territorii nomine, Diœceſim in hoc caſu intelligendam fore cenſemus. Eo tamen adjecto, quod ſi in certo loco cauſarum litterarum Apoſtolicarum audientia remanente Papam alibi mori contingat, non ibi, ſed ubi prædicta fuerit audientia, memorata electio celebretur (6) etiamſi eadem audientia tempore mortis hujus vacare noſcatur: niſi forte ante mortem eamdem ordinatum eſſet per Papam de Curia transferenda: quo caſu ſervetur proviſio Conſtitutionis prædictæ (7).

Porrò ſi Romano non electo Pontifice Cardinales omnes ſimùl, vèl ſucceſſivè (quod abſit) exire contingeret

geret Conclave deputatum eiſdem, hi (ad quos pertinet executio Conſtitutionis prædictæ) illos ex ipſis, quibus infirmitas corporis, aut nota debilitas excuſationem non dabit, idem Conclave (quam citò poterunt) reintrare compellant: (8) Pœnas in prædicta Conſtitutione contentas, niſi hoc fecerint, incurſuri. Cardinales autem hujuſmodi conclave reintrantes ad electionem jam dictam procedant: & alias Conſtitutionem præfatam obſervent ſecundum ſtatum, in quo erant in eodem Conclavi, quando ipſum (ut præmittitur) exierunt.

Cæterum ut circa electionem prædictam eò magis vitentur diſſenſiones, & ſchiſmata, quò minor eligentibus aderit diffidendi facultas: decernimus, ut nullus Cardinalium cujuslibet excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti prætextu a dicta valeat electione repelli (9): Juribus aliis circa electionem eamdem hactenùs editis, plenè in ſuo robore duraturis.

Verùm quia tàm proviſis remediis, quam ex orationibus ad Deum ſuper hujuſmodi negocio effundendis, quod breviter hujuſmodi celebretur electio, præſumendum eſt probabiliter, & ſperandum: Statuimus, ut electi (qui ex quacumque cauſa ad Sedem Apoſtolicam venire, vel mittere ſunt adſtricti) ad ipſam cum vacat, ac ſi non vacaret, venire, vel mittere teneantur.

(1) Superioris lex abrogari non poteſt per inferiorem.

Lauræa in Epitom. Canon. verb. Superior pag. 821.

Cardinalis Zabarella in Clementina *Ne Romani* cap. 2. n. 2.

Paravicin. in Polyanthæa Sacror. Canon. verbo Superior. n.20. to. 3. pag. 621.

Petrus de Ancharano in Clementina *Ne Romani* n. 8. fol. 13.

Tondut Quæſt. & reſol. Benef. par. 1. cap. 5. n. 6.

(2) Collegium Cardinalium Sede Apoſtolica vacante non poteſt mutare, aut alterare, ſeu diſpenſare, nempè prorogando tempus dictæ Clementinæ *Nè Romani*.

Theſaur. de Pœn. Eccleſ. Par. 2. Cap. 1. Verb. Conclave pag. 24.

Girald. ad eumdem Theſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. Cap. 1. verbo

Conclave. fol. 143.

Lavor. var. Elucubrat. tit. 4. Cap. 8. n. 14.

[3] Nec quidquam poteſtatis, vel juriſdictionis ad Papam pertinentis exercere, niſi in quantum per Concilium Lugdunenſe permittitur Collegio præfato.

Fattolil. de Immunit. Eccleſ. ſuper hac Clementina tom. 2. pag. 503. §. 165.

Barboſa Jur. Eccleſ. Univ. lib. 1. cap. 3. & cap. 4.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 33. §. 2. ſub n. 19. Verſ. Cardinales.

Lotter. de Re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 56. ſub n. 42.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verbo Cardinalium Collegium n. 1. pag. 268.

[4] Camerarii officium Sede Romana vacante non expirat.

Lauræa in Epit. Canon. Verb. Camerarius Apoſt. Cameræ pag. 104.

Azorius Inſtit. Moral. par. 2. lib. 5. cap. 37. pag. 388.

Gonzalez. in cap. ad audientiam n. 8. de Reſcript.

Moſcon. de Majeſt. milit. Eccleſ. lib. 1 cap. 6.

Scaccia, de Judiciis lib. 1. cap. 21. ſub n. 3.

Ferrari Bibliothecâ Canonic. Verb. Cardinales artic. 5. n. 22.

Si ejuſdem Camerarii obitus Sede vacante contingat poteſt Cardinalium Cœtus alterum in officio pro vacationis tempore ſubrogare.

Fagnan. in cap. cum olim n. 58. de major. & obed.

Cohell. ad Bull. bon. regimin. cap. 15. n. 51.

Cardinalis Petra ad Conſtit. Apoſtol. to. 4. pag. 266. n. 16.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 4. tit. 2. n. 350. & 351. pag. 329.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verbo Cardinalium Collegium n. 3. pag. 268.

[5] Pœnitentiariorum quoquè Majorum, & aliorum Minorum officium haud deſinit Romani Pontificis obitu.

Bardus de tempore utili, & continuo cap. 15. §. Continuatur pag. 124.

Azorius Inſtit. Moral. par. 2. lib. 5. cap. 38. pag. 388.

Moneta de Commut. ultim. volunt. cap. 5. pag. 226. n. 190.

De Juſtis de Diſpenſat. Matrim. lib. 1. cap. 8. n. 8. pag. 187.

Zerola in Prax. Epiſcop. par. 2. Verbo Pœnitentiarius §. 6.

Sed poſſunt per Cardinalium Cœtum, ſi illorum ſequatur obitus tempore dictæ vacationi alis ſubrogari.

Gibert. Corpus Jur. Canon. to. 2. tit. 3. ſect. 2. n. 12. pag. 19.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Cardinales in Conclavi pag. 123.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Cardinales artic. 5. n. 22.

(6) Si Pontificis obitus ſequatur extra Civitatem non ibi, ſed in altera in qua erat Curia Cauſarum eſt Succeſſoris electio celebranda.

Lauræa in epitom. Canon. Verbo Cardinales in Conclavi pag. 123. & verbo Papa moriente pag. 648.

Girald.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par.2.cap.4. Verſ. Nota ibi pag. 144.

(7) Nota, quod quidquid diſpoſitum legitur *in §. Sanè hujus* Clementinæ *Ne Romani* quo ad locum, in quo fieri debeat Pontificis electio hodie non ſervatur, dum per poſteriores Clementis VII. Conſtitutiones 26. incipien. *Cum clariſſimus* anno 1529., & 1533. promulgatas habetur, quod quamvis Papæ obitus extra urbem ſequatur, ejus tamen electio eſt Romæ facienda.

Ricciardel. Lyc. Eccl. To. 1. cap. 1. §. 1. n. 27.

(8) Cardinales egreſſi Conclave compellendi ſunt quam primum intrare, niſi corporis infirmitas, aut debilitas excuſet.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 4. tit. 2. n. 346. pag. 329.

Paſſerin. de Elect. Summi Pontif. quæſt. 16. n. 3. & 11.

Cardinalis Zabarella in Clement. *Ne Romani* §. *Porrò* n. 2.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verbo Cardinales in Conclavi n. 17. pag. 272. to. 1.

(9) Nullus ex Cardinalibus excludi valeat ab electione activa, vel paſſiva ſub quovis pretextus ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti.

Lauræa in Epitom. Canon. Verbo Cardinales in Conclavi pag. 124. & Verbo Papæ electio pag. 632.

Vitalin. in Clementina *Ne Romani* §. *Ceterùm* n. 2.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verbo Papa electus n. 20. to. 3. pag. 251.

Egidius Bellamera Prima prim. Decreti in cap. Licet 6. n. 30. pag. 148.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Cardinales art. 5. n. 16.

Notandum eſt, quod diverſis temporibus diverſæ ſtatutæ fuerunt formæ eligendi Romanum Pontificem, quarum altera eſt antiquior forma conſtituta anno 1059. a Papa Nicolao in can. *In nomine Domini* 23. *diſt.*, quæ amplius non habet locum, ſed circa Summi Pontificis electionem ſervatur hodiè Bulla Gregorii XV. *Æternis Patris* 17. Kalend. Decembr. 1621. in Bullar. fol. Mihi 87.

Riccardell. Lyc. Eccleſ. To. 1. cap. 2. §. 1. n. 28.

Tandem Decretales omnes Sanctiones, & Summorum Pontificum Conſtitutiones nempè Nicolai II., Alexandri III., Gregorii X., Clementis V., & Gregorii XV. ad Conclave, & Papæ electionem ſpectanctes quoad pœnas in iis inflictas, confirmatæ ſunt a Clemente XII. Conſtit. *Apoſtolatus officium* 4. non. Octobr. 1732., in qua nonnulla alia tàm Conclavis directionem, numerum Conclaviſtarum, aliorumque inſervientium, quàm expenſas, ac res agendas, Sede vacante, concernentia.

Nota, quod Clementina iſthæc *Ne Romani de Elect.* permittit Cardinalibus Sede vacante aliqua, quæ prohibuit aliàs ſimpliciter.

Jacobat. ad Concil. Trident.

 artic.

artic. 7. n. 13. Tractat. Magn. To. 13. par. 1. pag. 290. Moneta de Commut. Ultim. volunt. cap. 5. n. 188. pag. 125. Pignattel. Conſult. Canon. 89. n. 4. To. 9.

CAPIT. TERTIUM.

CAuſam electionis, poſtulationis, ſeù proviſionis per appellationem ab ipſa, vel occaſione ipſius ad Sedem Apoſtolicam emiſſam: tùnc demum ad Sedem eandam devolvi cenſemus, cum in appellati, aut Procuratoris ejuſdem in ipſa cauſa ſpecialitèr conſtituti præſentia interpoſita fuerit; aut eorum alteri infra Menſem ab interpoſitione ipſius, vel ſaltem poſt lapſum ejuſdem Menſis (quam cite commode fieri poterit) legitime intimata: porrecto videlicet ſibi ſub ſcriptura autentica, vel perlecto ipſius tenore, & copia modo conſimili (fuerit) inde facta (1). Quod ſi forſan Appellatum abeſſe, & procuratorem talem non inveniri contingat in domo, quam ipſe Appellatus habitare communiter conſueverit vel ſi domus eadem in remotis exiſtat, in Eccleſia Cathedrali, in cujus Civitate, vel Diœceſi conſiſtit beneficium: & nihilominus utroque caſu in Eccleſia, vel beneficio, de quo agitur, volumus appellationem hujuſmodi publicari, ac de ipſa quandocumque petitum fuerit, copiam modo prædicto fieri appellato (2). Verum ſi propter appellati, aut ſuorum metum, vel potentiam intimatio fieri nequeat (ut præfertur) appellationem eandem in loco aliquo publico ſic ſolemniter volumus applicari, quod ad appellati, ſeu ejus procuratoris notitiam poſſit veriſimiliter pervenire (3). Intimatio vero aliter facta omni caret juris effectu [4]: Nec cauſa per appellationem eandem ad Sedem cenſeatur devoluta, niſi ad appellatum ejus plena, & certa notitia infra tempus prædictum aliter perveniſſet (5). Idem quoque in aliis caſibus obſervari volumus, in quibus requiritur intimatio facienda.

(1) Ap-

Digitized by Google

(1) Appellatio in electionibus, poſtulationibus, ſeù proviſionibus, tunc devoluit cauſam ad Sedem Apoſtolicam, quando a die appellationis intra menſem, vel poſt, quam cito fieri poteſt, intimetur appellato vel ejus Procuratori, citationis tenore perlecto, vel porrecta ſcriptura authentica, vel ejuſdem copia, ſi fuerit petita.

Theodoſius Rubeus ſingular. To. 1. par. 1. circa Deciſ. Caſſador. pag. 289. To. 6. recent.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Alia de Appellatione pag. 43.

Vitalin. in hac Clementina *Cauſam de Elect* §. Cauſam n. 5.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. verbo Appellatio ad Sedem Apoſtolicam n. 10. to. 1. pag. 107.

Rota deciſ. 194. n. 2. par. 3. Diverſor.

In recent. deciſ. 124. n. 38. & 52. par. 6.

(2) Notandum, quod ſi appellatus ſit abſens, nec ſpecialis ejus Procurator inveniatur ad domum habitationis ſuæ, vel ſi in remotis moretur, intimatio in Eccleſia Cathedrali, in cujus Diœceſi eſt beneficium; publicetur & utroque caſu eſt in Eccleſia vel beneficio appellatio intimanda & copia ut ſupra facienda.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 2.

Cardinalis Zabarella in hac met Clementina *Cauſam de Elect.* §. Quod ſi forſan. n. 1.

Rota deciſ. 41. n. 5. coram Otthobono.

Coram Card. Creſcentio Sen. deciſ. 75. n. 4. to. 4.

[3] Quando tutus non patet acceſſus, intimatio in iſto caſu eſt ſolemniter facienda in aliqua loco publico, ut verſimiliter ad appellati, ſeu procuratoris notitiam poſſit pervenire.

Leo Theſaur. For. Eccleſ. Par. 2. cap. 2. n. 30.

Goeval. quæſt. Commun. contra Commun. quæſt. 809. n. 30.

Ricc. Collect. deciſ. par. 4. Collect. 828.

Rota deciſ. 293. n. 5. coram Penia juxta impreſſ. Venet.

Coram Card. Creſcentio Sen. deciſ. 75. n. 5.

[4] Intimatio facta contra formam hujus Clementinæ omni caret juris effectu.

Noal. Conſil. 71. ſub n. 11.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Intimatio. pag. 467.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. verbo Intimatio to. 2. pag. 484.

Animadvertendum, quod hujuſmodi Clementinæ forma eſt præciſè ſervanda contra abſentem ſuo jure, & poſſeſſione privandum.

Roman. Conſil. 342. n. 5.

Rota in Recent. deciſ. 130. n. 29. par. 6.

(5) Citatio ut ſuum conſequatur effectum ſat eſt, quod ad citati notitiam perveniat.

Vulp. in prax. Judic. cap. 29. n. 17.

Rota deciſ. 269. n. 7. coram Otthobono.

[5] Cau-

Digitized by Google

[5] Cauſa ut dicatur ad Sedem Apoſtolicam devoluta requiritur, quod appellatio extra judicialis legitimè ipſi adpellato intimetur.

Paſtor de Benf. Eccleſ. libr. 3. tit. final. n. 33., ubi quod proteſtatio debeat intimari.

Rota deciſ. 486. n. 3. par. 1. Diverſor.

Sciendum eſt, quod appellatio ſub recenſitæ Clementinæ forma devolvit ad Romanam Curiam non ſolùm appellationis articulum, ſed etiam principalis cauſæ examen.

Vitalin. in dicta Clementina §. *Cauſam* n. 10.

Nota 1. quod Clementina *Cauſam* procedit tantùm in Beneficialibus.

Ridolphin. in prax. par. 3. cap. 1. n. 66.

Caſſador. in tit. de Appellat. deciſ. 1. n. 3. in fin.

Rota in recent. deciſ. 124. n. 31. & 32. par. 6.

Coram Achill. de Graſſ. deciſ. 17. n. 3. de Dolo, & Contumac.

Coram Seraphino deciſ. 1123. n. 2.

Item quando agitur de fœdere Conjugii Matrimonialis.

Rota in recent. deciſ. 124. n. 37. par. 6.

Et loquitur ſolùm in ratificatione, vel intimatione extra judicialitèr facta.

Paul. de Caſtro Conſil. 382. n. 3. to. 2.

Nota 2., quod quamvis diſpoſitum in hac Clementina legatur, quod intimatio fieri debeat in Eccleſia, ut de illa habeatur notitia, poteſt tamèn fieri in Cæmeterio, vel Clauſtro, vel intra ejuſdem Eccleſiæ ſepta, quando potuit audiri, vèl ad adverſarij notitiam pervenire.

Cardinalis Zabarella in Clementina *Cauſam de Elect.* in §. Quod ſi forſan. n. 7.

Rota deciſ. 293. n. 13. coram Pænia impreſſ. Venet.

CAPIT. QUARTUM.

CONſtitutionem ut circa editam in Concilio Lugdunenſi locum decernimus non habere, quando quæ opponuntur directè reſpiciunt jus Eccleſiæ, vel opponentis perſonæ (1): ſed tantum: ubi per competitorem, oppoſitorem quemlibet appellantem in formam, aut perſonas defectus, vel crimina opponuntur. Cæterum cum circa crimina, vel defectus debitùm circumſtantiarum ſpecificationem prædictus omittit appellans, non eſt poſtmodum in proſecutione negotiis ſuper his audiendus, etiamſi cir-

ſi circumſtantias hujuſmodi, vel probationes earum per juramentum aſſerat ad ſe perveniſſe de novo (2). Sane ſi quis, cujus intereſt ab electione, poſtulatione, vel proviſione duxerit appellandum opponendo crimina, vel defectus forma dictæ Conſtitutionis omiſſa, eodem poſtmodum appellationem hujuſmodi proſequente, alius ſuperveniens non appellans, contra appellatum in eadem cauſa principaliter admitti non debet pro intereſſe communi eoſdem articulos proſequendo, licet appellanti poſſit aſſiſtere ne colludat (3): non tamen ei propter hoc proſecutionem proprii intereſſe denegamus. Inſuper ſi appellans ab electione, poſtulatione, vel proviſione per viam querelæ ſimplicis cauſam agat, vel eam appellato agente, defendat, repellitur ab objectibus in appellatione ſua expreſſis, & aliis niſi conſtiterit ipſum formam ſervaſſe prædictam, præterquam in caſibus in conſtitutione præmiſſa exceptis (4): etiamſi appellationem ſuam non proſequatur nec exhibeat; & illa ſe aſſerat nolle uti; dum tamen de ipſa coram Judice fiat fides: quia per ipſam jus repellendi eumdem adverſario eſt quæſitum. Illius vero conſtitutionis formæ omiſſio, licet appellantem ab objectibus in formam electionis, vel perſonas eligentium, vel electi propoſitis, vel proponendis, & eorum facienda probatione, repellat: probationem tamen factam ſuper his per adverſarii confeſſionem, vel alias legitime non infirmat (5).

[1] Hujuſmodi Clementina *Conſtitutio* §. ut circa locum non habet in duobus caſibus, quorum prior eſt, ſi oppoſitiones tangant jus Eccleſiæ: tunc enim licitum eſt appellanti appellationis cauſam proſequi, etiam non ſervata dictæ Conſtitutionis forma. Alter verò caſus eſt, quando ea, quæ opponuntur Jus Perſonæ appellantis reſpiciunt.

Lezana Conſult. Moral. 13. ſub n. 10.

Paſſerin. de Elect. Canon. cap. 32. n. 68.

Cardinalis Zabarella in Clementina ut circa de Elect. n. 1.

(2) Electioni opponens, ſi in ſcriptura appellationis, debitæ circum-

Digitized by Google

circumſtantiæ criminum , defectuumve non ſint expreſſæ qualitates, quas obiicit non eſt poſtea ſuper iis audiendus, etiamſi juraverit, ſe tunc illos ignoraſſe, & poſtea ad ſui notitiam perveniſſe.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Electio an, quando, & quomodo poteſt impugnari pag. 297.

Paſſerin. de Elect. Canon. d. Cap. 32. n. 58.

Rota in recent. deciſ. 289. n. 44. par. 6.

(3) Appellante aliquo ab electione, poſtulatione, vel proviſione opponendo crimina, vel defectus forma dictæ conſtitutionis omiſſa, non auditur alius ineadem cauſa, niſi appellaverit, ſed poteſt aſſiſtere, ne colludat.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. verbo Appellante aliquo n. 16. To. 1. pag. 98.

(4) Appellatio facta ab electione, poſtulatione, vel proviſione non ſervata forma Conſtitutionis ut circa, non admittitur niſi in certis caſibus in eadem Conſtitutione exceptis.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Appellatio non admittenda pag. 39.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verbo Appellante aliquo n. 17. to. 1. pag. 98.

Rota deciſ. 486. n. 13. par. 1. Diverſor.

[5] Probatio partis confeſſione, aut aliàs legitime facta haud infirmatur omiſſione formæ.

Cucch. Inſtit. Major lib. 4. tit. 1. n. 316.

Abbas panormitanus ſuper hac Clementina n. 2.

Sciendum eſt, quod ſicuti textus in *Capit. ut circa* locum tantum ſibi vindicat in ſimplicibus beneficiis, ità in iſtis ſolùm Clementinæ *Ut circa* diſpoſitio procedit.

Zabarella in Clementina Ut circa de Elect. n. 4.

Notandum, quod appellans juxta textum in *Cap. ut circa de Elect.* jurare debet, quod quæ opponit nedùm ſint vera, ſed etiam poſſe ea probare, & ſi non juraverit ſpecificè appellatio corruit.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Electio an, quando, & quomodo poſſit impugnari pag.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. eod. tit. n. 6. pag. 94. To. 2.

Rota in Recent. deciſ. 124. n. 39. par. 6.

CAPIT. QUINTUM.

IN pleriſque Eccleſiis nedum (quod dolentes referimus) præſidio facultatum privatis, ſed & Clero carentibus, & populo Chriſtiano, multos frequenter, & religioſos præſertim, improvida Superiorum proviſio ad

Digitized by Google

ad Pontificatus aſſumit honorem: qui nec (ut expediret) prodeſſe, nec præeſſe (ut deceret) valentes in ſtabilitate vagationis, & mendicitatis opprobrio ſerenitatem Pontificalis obnubilant dignitatis (1). Volentes igitur contra temeritatem tàm facientium, quàm ut frequentius recipientes proviſionem hujuſmodi, providere: de conſilio fratrum noſtrorum ſtatuimus, ut nullus de cætero quacunque dignitate præpollens (niſi ſpeciali ſuper hoc auctoritate Sedis Apoſtolicæ fulciatur) de Paſtore provideat Cathedrali Eccleſiæ ſibi qualitercumque ſubjectæ quæ Clero careat, & Subditis Chriſtianis (2): Nulluſque Religioſus a ſuo umquam, quod proviſioni tali conſenſiat licentietur Prælato. Quod ſi licentiatus etiam hujuſmodi proviſioni conſenſerit, & in Epiſcopum ſe fecerit, aut permiſerit conſecrari in Epiſcopali nullatenus recipiatur honore (3). Sed in tantæ ambitionis pœnam ſub Religionis, aut monaſterii ſui Prælato ſemper ſic degat humilis, jaceatque proſtratus, quod nullus eidem in religione ſua, vel extra ad gradum honoris, vel adminiſtrationis cujuſdam ſit aſcenſus [4]. Nos enim quicquid contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum contigerit, attentari, irritum eſſe decernimus, & inane, contraria quacumque conſuetudine non obſtante. Sane circa præfatas Eccleſias præmiſſa ſic ſpecialiter providenda decernimus, quod circa proviſionem quarumlibet aliarum, facultatem Superiorum nec coarctare intendimus, nec ultra juris communis limites ampliare.

[1] In hac Clementina *In plerìſque de Elect.* nè locus detur vagationi, mendicitatiſque opprobrio improbantur Monachorum electiones ad Pontificalem dignitatem eorum locorum, qui nedùm facultatum præſidio ſunt deſtituti, ſed & Clero, & populo quoquè Chriſtiano carent, & nec prodeſſe, nèc præeſſe decenter valent.

Frances de Eccleſ. Cathedr. Cap. 32. n. 63.

Petra in Commentar. ad Conſtit. Apoſtol. to. 3. pag. 200. n. 8.

Velaſc. de Privileg. Pauper. par. 1. queſt. 7. n. 39.

[2] Nullus ſinè ſpeciali Papæ mandato, & licentia poteſt Paſtorem dare Eccleſiæ Cathedrali ſibi qualitercumque exemptæ, quæ Clero careat, & Chriſtianis Subditis.

Murga de Benefic. quæſt. 8. n. 9.

Thomaſſin. eod. tit. par. 1. lib. 1. Cap. 27. n. 7.

Hallier. de Sacr. Ordin. & Elect. par. 3. Sect. 5. Cap. 4. n. 34. lit. *A*.

[3] Religioſus, qui ſine Papæ licentia curat ſe in alicujus Eccleſiæ deſertæ in Epiſcopum eligi caret honore Epiſcopali.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Regulares facti Epiſcopi p. 747.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. verbo Eccleſiæ ab hæreticis n. 2. p. 68. to. 2.

(4) Et in ſuæ ambitionis pœnam inhabilis prorsùs remanet ad quemlibet honoris gradum, & adminiſtrationis intra, & extra religionem.

Paſſerin. de Stat. Homin. to. 1. quæſt. 185. artic. 8. n. 34.

Frances de Eccleſ. Cathedral. Cap. 31. n. 63.

Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtol. to. 3. pag. 200. n. 8.

Reginaldus Lucarinus Epiſcop. Regular. Cap. 2. §. 6. n. 346.

CAPIT. SEXTUM.

QUod circa religioſorum electiones ſuper diſcordia, & minoritate numeri *Bonifaciana Conſtitutione* cavetur, de diſcordia, & numeri minoritate, quæ in facto, & non fictione, vel juris effectu conſiſtunt, deberi intelligi declaramus.

Notandum, quod Regularium electiones circa diſcordiam, numerique minoritatem ex Bonifacii Conſtitutione intelliguntur de minoritate facti, non juris fictione.

Cardinalis Zabarella in Clementina *Quod circa* n. 1. *de Elect.*

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Electio in genere modi pag. 294.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. verbo Electiones Regularium n. 60. pag. 93. To. 2.

Petrus de Ancharano in Clementina *Quod circa* n. 4. *de Elect.*

CAPIT. SEPTIMUM.

STatutum ſuper bonis a Prælatis Cathedralium, Regularium, & Collegiatarum Eccleſiarum dimiſſis, aut

aut obventionibus tempore vacationis earum futuris Succeſſoribus fideliter reſervandis (1) editum, locum declaramus habere in omni emolumento, quod provenit ex juriſdictione, & ſigillo Curiæ Eccleſiaſticæ, vel Sæcularis, aut alias undecumque, quod ad Prælatos (Eccleſiis non vacantibus) pertineret (2), conſuetudine qualibet contraria non obſtante (3): ita tamen quod in iſtis, & ſimilibus rationabiles deducantur expenſæ (4). Cæterum ad ſingulares perſonas, ad quas ratione dignitatum, quas obtinent, juriſdictio cum eis emolumento devolvitur Sede vacante de conſuetudine, privilegio, vel jure alio ſpeciali nolumus præſentem conſtitutionem extendi (5).

(1) Eccleſiarum vacantium quarumcumque emolumenta, & bona, vacationis tempore, obvenientia ſunt fideliter Succeſſoribus reſervanda.

Noal. Conſil. 34. n. 1.

Barboſa de Offic. & Poteſt. Epiſcop. Allegat. 114. n. 8.

Paſſerin. de Homin. Stat. quæſt. 185. art. 8. n. 249.

Capon. Diſcept. forenſ. 14. n. 1. to. 3.

Gonzalez in lib. 1. Decretal. tit. 3. cap. 7. n. 13. de reſcript.

Rota deciſ. 9. n. 1. coram Penia impreſ. Venet.

Auguſtana Canonicatus ſuper fructibus 10. Maii 1723. §. Præſuppoſita coram Cardin. Aldrovando.

(2) Nota quod emolumenta dicuntur ea, quæ ex juriſdictione & ex ſigillo Curiæ proveniunt, & quæ adeſſent, ſi Eccleſia non vacaret.

Paſtor de Benef. Eccleſiaſt. lib. 3. tit. 42. n. 16.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Eccleſia vacante quid agendum fol. 285.

Solorzan. de Jur. Indiar. to. 2. lib. 3. cap. 12. n. 19.

Zabarella in Clementina Statutum n. 3. de Elect.

Rota in d. deciſ. 9. n. 3. & deciſ. 103. n. 2. coram Pœnia.

[3] Improbantur privilegia, conſuetudines, conſtitutiones, & ſtatuta etiam juramento firmata.

Fermoſin. de Poteſt. Capituli Sede Vacant. tractat. 1. quæſt. 4. n. 19., & 106.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. to. 2. verb. Eccl. vacante tit. 60. n. 11.

[4] Detrahi tamen debent rationabiles expenſæ, quæ in exercitio juriſdictionis occurrunt.

Murga ad Conſtit. Benedictin. Conſtit. 13. n. 28. fol. 340.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 60. Eccleſia vacante n. 11.

fol. 72. to. 2.

Petrus de Ancharano ſuper Clementina *Statutum* n. 3. pag. 27.

(5) Non procedit hujuſmodi Clementinæ diſpoſitio, quando certæ Perſonæ ratione dignitatis competit vel conſuetudine, privilegio, aut alio jure ſpeciali, juriſdictio cum emolumento.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Redditus Eccleſiarum pag. 715.

Rota in d. deciſ. 103. n. 14. coram Pœnia impreſ. Venet.

Coram Emerix. Jun. deciſ. 731. n. 10., & deciſ. 764. n. 1.

Vigore hujus Clementinæ Epiſcopis teſtari non licet de Bonis, & fructibus Eccleſiæ, ſeu intuitu illius acquiſitis, niſi ſpeciale ad teſtandum indultum a Sede Apoſtolica habuerint.

Valenzuel. Conſil. 98. n. 33. tom. 1.

Capon. diſcept. forenſ. 328. n. 26.

Paſſerin. de Stat. Homin. to. 1. quæſt. 185. art. 8. n. 244.

Romaguer ad Conſtit. Synod. Gerund. lib. 3. tit. 7. cap. 5. n. 10.

Cortiada deciſ. 125. n. 27. to. 3.

CAPIT. OCTAVUM.

CUm conceſſa religioſo a Superiore ſuo licentia, ut electioni, vel proviſioni [ſi quam de ipſo contigerit fieri] ſuum dare poſſit aſſenſum ambitionis vitio viam paret; nullius eam exiſtere volumus firmitatis.

Licentia conceſſa a Superiore religioſo, ut ſuum dare poſſit aſſenſum proprie electionii vel proviſioni non valet.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 4.

Lancellot. Juſtit. Jur. Canon. lib. 1. tit. 25. §. Strictius. pag. 97.

Lucarin. Epiſcop. Regular. cap. 1. n. 64. & 74.

Paſſerin. de Homin. Stat. To. 1. quæſt. 185. art. 8. n. 68. 75. & ſeq.

Vitalin. in Clement. cum conceſſa n. 1. de Elect.

Zabarella in eadem Clementina cap. 2.

Paravicin. in polyanth. Sacror. Canon. Verbo Electio tit. 1. n. 45. to. 2. fol. 92.

Rota deciſ. 515. ſub n. 14. to. 5. coram Anſaldo.

Digitized by Google

TITULUS IV.

De Renunciatione.

CAPIT. UNICUM.

Cum illuſio, & variatio in perſonis Eccleſiaſticis maxime ſint vitandæ (1) præſenti Conſtitutione ſancimus, ut ſi quis ad cedendum Pontificali, aut alii cuilibet dignitati vel beneficio procuratorem ſponte, ac libere conſtituerit, & ipſum ignorantem poſtmodum duxerit quomodolibet revocandum teneat ceſſio facta per eum (2), antequam ad ipſius, vel illius (in cujus manibus ceſſio fuerat facienda) notitiam revocatio hujuſmodi ſit deducta (3). Niſi forte per ipſos, aut alios malitioſe factum fuerit, quominus ad eos, vel eorum alterum ante ceſſionem potuerit revocatio perveniſſe (4).

(1) Illuſio, & variatio in Perſonis Eccleſiaſticis damnatur.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 16. n. 28.

Paris. de Reſignat. Benef. lib. 9. quæſt. 25. n. 18.

Rota in Leodien. Paſtoratus, ſeù Vicariæ 15. Maii 1711. §. Tota coram Cardinali Priolo.

Limit. quando res eſt integra, quæ variationem patitur, & voluntatis mutationem admittit.

Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 191. n. 10

Rota deciſ. 456. n. 9. par. 3. Diverſor.

D. Leodien. Paſtoratus, ſeù Vicariæ in d. §. Tota coram Priolo.

(2) Procuratore facto ad renunciandum, ſi dominus revocat mandatum inſcio procuratore, & hic renunciat, tenet hujuſmodi renunciatio.

Lauræa in Epitom. Canon. Verbo Renunciatio pag. 757.

Chokier. de Permut. Benef. cap. 27. n. 7.

Mantic. de tacit. to. 1. lib. 7. tit. 21. n. 37.

Cabaſſut. notit. Concilior. n. 5. pag. 490.

Rota in Neapolitana, ſeu Caputaquen. Læſionis x. Decembris 1727. §. Sed coram Cardinal. Aldrovando.

(3) Renunciatio debet intimari,

mari, Procuratori, cui datum eſt mandatum ad reſignandum, ad hoc, ut mandati revocatio eidem innoteſcat.

Cavarruvias Var. To. 1. n. 12. pag. 174.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 9. n. 13.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 4. n. 8.

Pariſ. de Reſignat. Benef. lib. 9. quæſt. 25. n. 12. & 13.

Tondut quæſt. & reſol. Benef. par. 1. cap. 26. n. 5.

Paſtor de Benef. lib. 3. tit. 6. pag. 236. in Notiſ.

Vel illi, in cujus manibus ſit revocatio facienda.

Rota deciſ. 581. n. 10. coram Dunozet. Jun.

... Leodien. Paſtoratus, ſeu Vicariæ 15. Maii 1711. §. Eadem Clementina coram Cardinal. Priolo.

Not. 1. quod ſicut de tempore, quo hujuſmodi Clementina in Concilio Viennenſi emanavit non dum ſuum habuerant exordium reſignationes favore certæ Perſonæ ita illius diſpoſitio locum tantum habet in reſignatione pura, & ſimplici, non vero in altera ad favorem certæ perſonæ emiſſa, in qua ſat eſt notitia illius tantum, ad cujus commodum facta extitit renunciatio.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 6. n. 9.

Pariſ. de reſignat. Benef. lib. 9. quæſt. 27. n. 15.

Rota in recen. deciſ. 130. n. 24. par. 6.

Coram Puteo deciſ. 418. lib. 1. ubi in appoſtil.

Coram Dunozet. jun. deciſ. 581. n. 10.

Dicta Leodien. Paſtoratus in d. §. Eadem coram Priolo.

(4) Nota 2. quod ſi per malitiam factum ſit, ut mandati revocatio ad Procuratoris notitiam non perveniat, renunciatio in iſto caſu non tenet.

Mantica de tacit. to. 1. lib. 7. tit. 21. n. 39.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verbo Procurator. n. 18. to. 3. fol. 403.

Rubeus Singular. to. 2. par. 5. fol. 519.

Not. 3. quod hujuſmodi Clementina condita fuit in Concilio Viennenſi propter rationem in ejus principio expreſſam, illicitiæ nempe illuſionis, & variationis in Beneficialibus.

Felin. ſuper Decret. lib. 1. tit. 3. cap. ex parte Decani n. 15. de Reſcript.

Arias de Meſa Var. Reſol. lib. 3. cap. 43. n. 20.

Chriſtofor. Roſſiniat. de Benef. cap. 22. n. 6. & 7. in Tractat. Magn. to. 15. par. 2. fol. 276.

Rota in recent. deciſ. 130. n. 19. par. 6.

TIT.

Digitized by Google

TITULUS V.

De Supplenda negligentia Prælatorum.

CAPIT. UNICUM.

QUia regulares Prælati Eccleſias, adminiſtrationes, aut quævis alia beneficia ad eorum diſpoſitionem ſpectantia cum vacant, interdum committere negligunt, vel conferre intra tempus Lateranen. (*) Concilio conſtitutum: Diœceſani locorum in non exemptis ſua, in exemptis vero Apoſtolica auctoritate negligentiam ſuper hoc ſuppleant eorumdem (1): Prioratus Eccleſias, adminiſtrationes, & beneficia hujuſmodi, illa videlicet, quæ conſueverunt per Seculares Clericos gubernari, Secularibus Clericis: alia vero quæ religioſis dumtaxat committi ſunt ſolita vel conferri (2) religioſis Monaſteriorum, quorum Prælati hujuſmodi negligentes fuerint conferendo (3).

Eadem quoque auctoritate Diœceſani ſuffulti nullo modo permittant, quod iidem Prælati prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes, aut beneficia hujuſmodi applicent menſis ſuis penſioneſve novas eis imponant, aut vetere augeant, ſive quæ ipſis de novo impoſitæ, ſive auctæ ſolvantur (4). Præmiſſa vero de prioratibus, Eccleſiis, adminiſtrationibus, & beneficiis intelligimus quæ non ſunt de menſa Prælatorum ipſorum, ſed ſpeciales priores, adminiſtratores, ſeu rectores conſueverunt habere (5) licet priores, ſeu adminiſtratores hujuſmodi libere poſſint ad clauſtrum (cum oportuerit) revocari (6). In quibus etiam Conſtitutionem Bonifacii Papæ Octavi prædeceſſoris noſtri bona beneficiorum vacantium occupari a Prælatis, vel aliis prohibentem, ac nihilominus in prioratibus

(*) Ideſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. c. 8.

ratibus hujuſmodi, & Eccleſiis illud Bonifacii ejuſdem ſtatutum, quod religioſum quemcumque pluribus præeſſe prohibet prioratibus, aut Eccleſiis curam animarum habentibus (etiamsi cum ipſa non per eum, ſed per alium habeat exerceri) locum ſibi cenſuimus vindicare, licet etiam eiſdem prioratibus cura non immineat ſupradicta (7).

(1) Ad obviandum ſupinitati Abbatum ſtatutum fuit in Concilio Viennenſi, ut Prioratus, Adminiſtrationes, & alia Beneficia, etiam ſi regularia exiſtant, ſi infra ſex Menſes a dictis Abbatibus non conferantur, Diœceſani in non exemptis ſua, in exemptis vero Monaſteriis, & Eccleſiis Apoſtolica authoritate alia beneficia neglecta conferre poterunt.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 6.

Cabaſſut. in Notit. Concilior. n. 7. pag. 491.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. n. 64. pag. 214.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 1. tit. 27. §. Idem ſtatuitur.

Girald. ad Theſaur. de Pœnis. Eccleſ. par. 2. cap. 9. fol. 115.

Lauræa in Epitom. Canon. verb. Beneficia a quo conferenda pag. 74.

(2) Ita tamen ut quæ conſueverunt per Sæculares adminiſtrari Sæcularibus, quæ per Regulares Regularibus conferant.

Ludovicus Belli Conſ. 60. n. 1.

Engel in loco ſuperius citato.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. tit. 29. verb. Beneficia Secularia n. 5. to. 1.

Thomaſſin. de Beneſ. par. 3. lib. 2. cap. 27. n. 4.

Tondut. quæſt. & reſol. Beneſ. par. 3. cap. 196. n. 1.

Maranta Controv. Jur. reſponſ. 89. n. 14. & 31. par. 4.

Frances var. reſol. cap. 46. n. 43.

Rota in Corduben. Cappellaniæ 10. Decembris 1732. §. Quandoquidem coram Nunez.

[3] Cautum eſt in hujuſmodi Clementina *Quia Regulares*, Prioratus Eccleſiæ adminiſtrationes, & quæ vis alia beneficia, quæ Religioſis committi ſunt ſolita, vel conferri, religioſis ejuſdem ordinis conferantur.

Ludovicus Belli Conſil. 60. n. 7.

Concil. Trident. Seſſ. 14. de Reform. cap. 10.

Fagnan. in cap. cum cauſam de Elect. n. 37.

Cucch. in Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. ſub n. 128.

Capon. in Diſcept. Forenſ. cap. 108. n. 69.

Pinſſon. de Beneſ. tit. de Diverſ. Beneſ. cap. 3. §. 30. n. 5.

Konig. in Jur. Canon. lib. 2. tit. 12. n. 19.

Rota in recent. deciſ. 86. ſub n. 4. par. 4. to. 1.

(4) Eo-

Digitized by Google

(4) Eodem iſto Concilio ſtatutum eſt, ut Diœceſani nullo modo permittant; quod iidem regulares Prælati prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes, aut beneficia hujuſmodi applicent menſis ſuis, penſioneſve novas eis imponant, aut veteres augeant, quæ nullatenus imponi poſſunt nec per Epiſcopos.

Petrus de Ancharano in Clement. *Quia* §. Eadem n. 11. fol. 32.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Epiſcopus quoad Regulares exemptos fol. 331.

Murga de Benef. quæſt. 4. n. 28.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 55. verb. Epiſcopus quoad Concilia n. 43. fol. 202.

Rota deciſ. 228. n. 17. to. 2. coram Cardinali Tanario.

[5] Limit. in prioratibus, Eccleſiis, adminiſtrationibus, & beneficiis, quæ ſunt de Menſa Prælatorum, quia in iis principalis Rector quum ſit Abbas, & exercens curam animarum ſit tantum Vicarius ad nutum amovibilis proindeque ſicut numquam proprie vacare dicuntur, ita nec terminus quidem ſex Menſium in illis obſervatur.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. ſub n. 64. pag. 214.

Noal. Conſil. 107. n. 3.

Amoſtaz de Cauſ. Piis lib. 3. cap. 1. n. 24.

Notandum, quod in Beneficiis, ſive Eccleſiis Monachorum inſtituuntur rectores non perpetui, ſed ad nutum revocabiles, ad hoc ut ex iſta revocatione ad clauſtrum magis vigeat, & conſervetur dictorum Religioſorum obedientia.

Petrus de Ancharano in Clementina *Quia* §. Eadem n. 13. fol. 33.

Noal. Conſil. 107. n. 3.

Franch. cum Paſqualig. Contr. inter Epiſcop. & Regul. par. 2. quæſt. 34. n. 4. fol. 488. & 489.

(6) Diœceſani impedire poſſunt, ne Superiores regularis ſuis applicent Menſis beneficia vacantia, quæ nullatenus ex diſpoſitione hujus Clementinæ Conſtitutionis applicare valent.

Lauræa in Epitom. Canon. Verbo Epiſcopus quoad Regulares exemptos fol. 331.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 55. Verbo Epiſcopus quoad Concilia n. 43. fol. 202.

Nota, quod *Diœceſanus* appellatur Epiſcopus ratione ſuæ Diœceſis, id eſt Civitatis, & Territorii Epiſcopalis.

Ferrari Bibliotheca Canonica Verb. Epiſcopus artic. 1. n. 33.

[7] Prohibitum eſt Clericis Regularibus duo Beneficia ſimplicia ejuſdem Ordinis in diverſis Eccleſiis diverſorum Monaſteriorum obtinere.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 15. n. 4.

Digitized by Google

TITULUS VI.

De Ætate, & qualitate Ordine præficiendorum.

CAPIT. PRIMUM.

Cum Eccleſiæ, quibus præficiuntur perſonæ minus idoneæ ſcientia, moribus, vel ætate gravia propter hoc (ut docet experientia) nonnumquam perferant in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta: Nos volentes per locorum Diœceſanos, quibus ratione officii hoc competit, præcipue ſuper hoc diligentius præcaveri, eis diſtricte injungimus, ut ipſi ſtatuta canonica, quæ ſuper præficiendis perſonis in hujuſmodi Eccleſiis hactenus emanarunt, diligentius per ſe ipſos obſervent: & faciant a ſuis Subditis inviolabiliter obſervari ſi divinam offenſam, & Sedis Apoſtolicæ debitam vitare voluerint ultionem.

Vehementer exoptans hæc Viennenſis Synodus gravia Eccleſiæ reſarcire damna eidem ob promotionem perſonarum minus idonearum illata, Eccleſiaſticumque ordinem in priſtinum dignitatis, & ſplendoris locum reſtituere, Epiſcopis injungit, ut in præficiendis in Eccleſiis jura præficiendorum obſervare teneantur.

Lauræa in Epitom. Canon. Verbo Præficiendi fol. 685.

Gonzalez in lib. 1. Decret. tit. 14. de Ætat. & qualitate Ordine præficiendor. cap. 4.

Paravicin. in Polyanth. Sacror Canon. to. 3. Verbo Præficiendi n. 2. fol. 371.

Notandum, quod qualitates, quæ ab hac Viennenſi Synodo in præficiendis perſonis in Eccleſiis exoptantur, hæc ſunt, primo ſcientia, ſecundo mores, tertio denique ætas.

Fagnan. in cap. Eam te de ætat. & qualit. Ordin. præficiend. n. 14.

Petrus de Ancharano ſuper Clementin. in Clement. *Cum Eccleſia* n. 1.

CAPIT.

Digitized by Google

CAPIT. SECUNDUM.

UT ii, qui divinis in Cathedralibus, vel Collegiatis Sæcularibus, vel regularibus Eccleſiis ſunt mancipati officiis, vel mancipabuntur inpoſterum ad ſuſcipiendos Sacros ordines propenſius inducantur: Statuimus, ut nullus de cætero in hujuſmodi Eccleſiis vocem in Capitulo habeat (etiamſi hoc ſibi ab aliis liberè concedatur) niſi ſaltem in Subdiaconatus ordine fuerit conſtitutus (1). Illi vero qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines ſunt annexi in eiſdem Eccleſiis, vel obtinuerint in futurum, niſi (juſto impedimento ceſſante) ad hujuſmodi ordines ſe promoveri fecerint intra annum, ex tunc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo habeant earumdem [2]. Ipſiſque diſtributionem, quæ dantur his, qui certis horis interſunt (3) pars dimidia ſubtrahatur, non obſtantibus quibuslibet conſuetudinibus, vel ſtatutis (4). Pœnis aliis quæ contra tales promoveri ad ordines recuſantes ſtatuuntur in jure nihilominus in ſuo robore permanſuris.

(1) Qui in Cathedralibus, vel Collegiatis ſæcularibus, vel regularibus Eccleſiis divinis mancipati officiis in Subdiaconatus ordine ſaltem conſtituti non reperiuntur vocem in hujuſmodi Eccleſiis in Capitulo non habent, etiamſi hoc ſibi ab aliis fuerit liberè conceſſum.

Grillenzon. Conſil. 113. per tot.

Valenzuel. Conſil. 34. n. 99. to. 1.

Maranta reſponſ. 45. n. 34. par. 5.

Konig. in Jur. Canon. lib. 1. tit. 6. n. 4.

Wienſiner in Inſtit. Canon. lib. 1. tit. 6. artic. 2. n. 17.

Zipeus in Jur. Pontif. de iis quæ fiunt a majori parte Capituli ſub. n. 1. Verſ. Quicumque pag 226.

Paſtor de Benef. Eccleſia ſt. lib. 1. tit. 5. n. 6. & lib. 3. tit. 22. n. 4.

Rota deciſ. 275. n. 2. coram Durano.

Coram Cardinal. Creſcentio deciſ. 254. n. 3. tom. 2.

Prænestina Cappellaniæ 9. Februari 1731. §. Cujus ſane coram

Cardinali Aldrovando.

Gennen. ſeu Battien. Reintegrationis Maſſæ Communis ſuper exhibitione 20. Junij 1735. §. 6. coram Peralta.

Vide meam Collectaneam ad Concil. Triden. in Seſſ. 22. de Reformat. cap. 4. n. 1.

(2) Qui vero dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus ſunt certi ordines in recenſitis Eccleſiis annexi, vel in futurum obtinuerint, niſi, juſto ceſſante impedimento, ad hujuſmodi ordines ſe fecerint intra annum promoveri, ex tunc donec ad eos promoti fuerint nullo modo vocem in Capitulo habeant earumdem.

Hallier. de Sacr. ordin. & Elect. par. 3. ſect. 7. cap. 1. art. 7. §. 1. n. 6.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. tit. 1. verbo vox n. 4.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 14. §. 2 n. 34.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. ſub n. 7. verſ. Aſſignatis.

Ruger. de Teſtam. Canon. lib. 1. diſp. 2. cap. 6. n. 7.

Thomaſſin. de Benef. par. 1. cap. 70. ſub n. 9. Verſ. Aetaſ.

Rota deciſ. 174. n. 4. coram Ratto.

Coram Clemente XIII. deciſ. 49. n. 5. to. 1.

Vid. dictam meam Collectaneam in loco ſuperius citato n. 2.

(3) Nota 1. quod diſtributiones dantur his, qui certis horis Divinis interſunt Officiis.

Ferrari Bibliotheca Canonic. verb. Diſtributiones. artic. 1. n. 9.

Argyr. in Diſcept. Eccleſ. to. 2. diſcept. 7. n. 4.

Antonin. var. reſol. lib. 1. cap. 102. n. 24.

Lambertin. de Synod. Diœceſan. lib. 4. cap. 4. n. 1. in fin.

Rota deciſ. 85. n. 7. to. 1. & deciſ. 506. n. 1. to. 2. coram Caprara.

Gerunden. Accenſionis Candelarum 17. Martii 1732. §. Et demum coram Nunez.

Vid. meam Collectaneam in ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. n. 15.

(4) Nota 2. quod earumdem diſtributionum pars dimidia eſt illis ſubtrahenda, qui intra annum ſe promoveri non fecerint ad ordines ſuis præbendis annexos non obſtantibus quibuslibet conſuetudinibus, vel Statutis.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 18.

Petrus de Ancharano in Clementina *Ut ii* n. 9.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 41. verbo Beneficiati obligationes n. 2. pag. 213.

Lauræa in Epitom. Sacr. Canon. verbo Beneficiati obligationes pag. 90.

Thæſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. verbo Beneficium cap. 6. pag. 97.

Girald. ad eumdem Thæſaur. par. 2. verbo Beneficium obtinens cap. 6. pag. 111.

Fattolil. de Immunit. Eccleſ. ſuper hac Clementina to. 2. pag. 479. §. 118.

Ferrari Bibliotheca Canonic. verb. Beneficiatus art. 1. n. 21.

CAPIT.

CAPIT. TERTIUM.

GEneralem Eccleſiæ obſervantiam volentes antiquis juribus in hac parte præferri. Decernimus ut (alio non obſtante impedimento canonico) poſſit quis libere in decimo octavo ad Subdiaconatus, in vigeſimo ad Diaconatus, & in vigeſimo quinto ætatis ſuæ anno ad Presbyteratus ordinem promoveri.

Notandum, quod diverſæ quoad Sacros Ordines diverſis temporibus conditæ fuerunt leges; Jure enim veteri ea ad Subdiaconatus ordinem ſufficiebat ætas nempe annorum viginti, ad Diaconatum autem annorum viginti quinque, & ad Presbyteratum denique requirebatur ætas annorum triginta. Subindè in Concilio Viennenſi hoc fuit pro lege conſtabilitum quod nempe ad Subdiaconatum annus decimus octavus ſufficeret, ad Diaconatum vigeſimus, & quintus ſupra vigeſimum ad Presbyteratum.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 14. §. 1. n. 2.

Maranta reſponſ. 46. n. 5. par. 4.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 22. n. 2.

Rebuf. Prax. Benef. pag. 24. n. 37.

Hodie vero ex Tridentino Concilio in *Seſſ. 23. de reform. cap. 12.* reformata extitit hujuſmodi Clementina Conſtitutio, & ſtatutum quidem fuit, quod nullus poſſit ad Subdiaconatus ordinem ante annos viginti duos promoveri, ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, ad Presbyteratus ante vigeſimum quintum.

Vid. citatam meam Collectaneam ad dictam Seſſ. 23. cap. 12. de Reformat.

TITULUS VII.

De Officio Vicarii.

CAPIT. UNICUM.

QUæ de Eccleſiis curam animarum habentibus per receptionem aliarum ſimilium amittendis, ac de ipſarum Rectoribus promovendis ad Sacerdotium,

tium, ac de eorum ætate a jure ſtatuta noſcuntur: in perpetuis Eccleſiarum Parochialium Vicariis, & aſſumptis ad eas volumus obſervari.

In hujuſmodi Canone hoc pro regula conſtituitur, ut nempe diſpoſitio loquens de Eccleſiis animarum curam habentibus locum etiam habeat in Vicariis perpetuis, qui omnes habere debent tres Parochorum conditiones illam præſertim quoad Sacerdotium.

Fagnan. in cap. Ex parte n. 25. de Offic. Vicar.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Vicarij, & Vicariatus Eccleſiarum pag. 848.

Paſſerin. de Elect. Canon. cap. 25. n. 363.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 4. verbo Vicarii, & Vicariatus Eccleſiarum n. 8. pag. 669.

Petrus de Ancherano ſuper Clementina *Quæ de Eccleſiis n. 1. de Offic. Vicar.*

Ea ſub potiſſima ratione, quia Vicaria perpetua venit appellatione beneficii curati.

Fagnan. in dicto cap. Ex parte n. 21. de Offic. Vicar.

Engel. in Manual. Parochor. par. 2. cap. 4. n. 2.

Tondut. Quæſt. & Reſol. Benef. par. 2. cap. 1. §. 5. n. 15.

Ricc. Collect. 979.

Rota deciſ. 400. n. 13. par. 18. tom. 1. Recent.

TITULUS VIII.

De Officio, & poteſtate Judicis delegati.

CAPIT. UNICUM.

JUdices ſuper receptione teſtium in cauſa civili; nec non Executores ad providendum aliquibus ſi per inquiſitionem ſolertem eos eſſe vitæ laudabilis, & converſationis honeſtæ repererint a Sede Apoſtolica deputata aliis poſſint comittere licitè vices ſuas.

Clemens V. in Concilio Vienneſi ſtatuit, ut Judices ſuper receptione teſtium in civili, & executor ad providendum certæ perſonæ a Papa deputati, ſi reperti fuerint idonei poſſint licitè alteri vices ſuas committere, juſta tamen accedente cauſa.

Pe-

Petrus de Ancharano in Clementina Judices De Offic. & poteſt. Jud. deleg. n. 1.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Delegatus Papæ fol. 238.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. II. verbo Delegatus Papæ n. 3. fol. 540.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 29. n. 8. & 14.

Hercul. Severol. de Remiſſionib. cap. 32. n. 6. pag. 66.

TITULUS IX.

De Officio Judicis Ordinarii.

CAPIT. PRIMUM.

UT Clericorum audacia (qui prætextu privilegii clericalis ordinis impunitatem exceſſuum obtinere ſperantes, nonnulla multoties committunt enormia, per quæ nimirum diffamatur Eccleſia, & ſcandala gravia in populo generantur, potiſſime cum talia per Epiſcopos, ad quos horum ſpectat correctio, deferantur ut plurimum incorrecta, propenſius compeſcatur. Eiſdem Epiſcopis diſtricte injungimus, quatenus ſic circa correctionem Clericorum hujuſmodi vigilanter intendant & diligenter ſui officii debitum exequantur, quod & iidem Clerici metu pœnæ a ſuis arceantur inſolentiis, & alii eorum exemplo perterriti proſilire ad ſimilia merito pertimeſcant.

Ad compeſcenda nonnulla Clericorum enormia ab eiſdem ob mitiorem a Prælatis inflictam pœnam, & eorum delictorum gravitati nimis imparem commiſſa, injunctum fuit in hoc Canone Epiſcopis, ut diligenter ſui officii debitum quoad Clericorum correctionem exequantur.

Caballut. in Hiſtor. Concilior. pag. 491. n. 8.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo. Epiſcopi obligationes pag. 315.

Petrus de Ancherano in Clementina ut Clericorum n. 3.

Fermoſin. in cap. Super litteris 20. de Reſcript. qu. 2. ſub n. 40. & ſeq.

Molfeſ. in Summ. par. 1. tract. 6. cap. 3. n. 39. & 40.

CAPIT.

CAPIT. SECUNDUM.

ETſi ab Apoſtolicæ Sedis legato de beneficio facta collatio beneficium aliud obtinenti, non valeat, niſi, de illo quod obtinet facta fuerit mentio ſpecialis (1). In aliis tamen quibuslibet collationem beneficiorum habentibus, hoc nolumus obſervari (2).

[1] Notandum I. quod nulla, irritaque eſt alicujus beneficii impetratio a Summo Pontifice, vel ejus Legato, ſi impetrans de alio, quod poſſidet, beneficio, ſpecialem non fecerit mentionem.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 2.

Cabaſſut. notit. Eccleſ. Concilior. pag. 491. n. 10.

Lancellot. Inſtit. Jur. Canon. lib. 1. tit. 27. §. Sed nec aliter.

Lauræa in Epitom. Canon verbo Beneficiorum impetrationes. Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 13. verbo Beneficium impetrans n. 9. pag. 189. to. 1.

Petrus de Ancharano in Clementina Etſi n. 1.

(2) Notandum 2. quod hujuſmodi regula locum non habet in Ordinariis, quia ſicut iſti non conferunt ignotis, quemadmodum Papa, & Legatus, ſed quidem ſibi notis perſonis, ita neceſſe non eſt novam illis de beneficiis notitiam inculcari, ſeu ſignificari.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Concilior. pag. 490. n. 6.

TITULUS X.

De Procuratoribus.

CAPIT. PRIMUM.

INſtrumento, vel litteris quibus te aliquis in cauſis ſuis procuratorem conſtituens pro te debito modo cavit ſimpliciter (nulla facta proteſtatione) a te ſcienter receptis, non potes poſtea recuſare defenſionem illius; imo cogi poteris ipſum defendere in omnibus cauſis, & nego-

negotiis, ad quæ prædicta inſtrumenta, ſeu litteræ ſe extendunt: Cum per hæc ad omnia tuum præſtitiſſe videaris aſſenſum (2).

[1] Quemadmodum Procurator recipiendo ſcienter inſtrumentum, vel litteris procurationis videtur conſentire his, quæ in eiſdem litteris ſcripta ſint, ita renunciare non poteſt, ſed ſuum tenetur defendere Dominum.

Spada Conſil. 229. n.23. to.2.

Albit.de Inconſt.in Judic.quæſt. 10. n. 12. & 13.

Carpius de exequut. ultim. volunt. lib. 1. cap. 17. n. 36. & 37.

Cavaler. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 2. §. At litteris pag. 35.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Procurator pag. 702.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 2. §. At litteris pag. 270.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. verbo Procurator. to. 3. n.42. pag. 405.

Petrus de Ancharano in Clementina INSTRUMENTO n. 4.

Rota in Paderbornen. Beneficii 10. Martii 1747. §. 8. coram Eminentiſſimo Molino.

(2) Nota 1. quod Conſenſus tunc dicitur expreſſus, quando alios habet actus poſitivos illum inducentibus.

Menoch. de Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 33. n. 31.

Merlin. Pignatel. Controv. Forenſ. cap. 7. n. 15.

Surd. deciſ. 70. n. 4.

Nota 2. quod Debitor, ſi epiſtola recepta, non proteſtatur, ſe nihil debere, ſed tacet, ex hujuſmodi ſola acquieſcentia inducitur debiti confeſſio, ex qua oritur actio in judicio exercibilis.

Gratian. Diſcept. forenſ. cap. 699. n. 34. & ſeqq: ibique Cerol. Anton. de Luca ſub n. 16. Verſ. recipiens litteras.

Rota deciſ. 76. n. 9. tom. 1. coram Criſpo.

CAPIT. SECUNDUM.

NOn poteſt procurator ad agendum, vel defendendum, jurandumque de, & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia, quæ ſpeciale mandatum exigunt, conſtitutus (niſi aliud ſuper hoc in mandatis habeat) opponere in perſonam electi, ſeu ejus, cui eſt proviſio facienda, vel facta crimina, vel defectus (1), cum ſub generalitate tali graviora non veniant, vel majora quam procuratorio ſint expreſſa [2].

(1) Scien-

(1) Sciendum eſt, quod Procurator habens mandatum jurandi aliaque faciendi, non poteſt contra electum opponere crimina, vel defectus, niſi ſpeciale ſuper hoc habeat mandatum.

Coevall. qu: com. contra commun. quæſt. 812. n. 47.

Innocentius IV. in Decretal. tit. de accuſationib. cap. 16. n. 12. pag. 203.

Lauræa in Epitom. Canon. Verbo Procurator pag. 702.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verbo Procurator. to. 3. n. 43. pag. 405.

(2) Notandum quod mandatum majora non complectitur, quam ſint in procuratorio expreſſa.

Lancell. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 2. de Procuratoriòus §. Crimina pag. 263.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Procurator pag. 703.

CAPIT. TERTIUM.

Religioſus procurator, etſi per alium religioſum ſui, vel alterius monaſterii fuerit conſtitutus, ſicut non poteſt ſine ſui Superioris licentia procurationis officium ſuſcipere, niſi pro ſuo in eadem lite conſorte (1). Ita non poteſt alium procuratorem conſtituere, ſeu ſubſtituere, etiamſi per conſtituentem hoc ſibi expreſſe fuerit commiſſum (2).

(1) Quemadmodum Religioſus de jure Canonico non poteſt ſine ſui Superioris licentia procuratoris munus exercere ne pro Religioſo quidem ſui vel alterius Monaſterii, niſi pro ſuo in eadem lite conſorte.

Ancharan. ſuper Clement. *Religioſus* de Procurat. n. 1.

Gonzalez. in lib. 1. Decret. tit. 3. cap. 28. ſub. n. 9. de Reſcript.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 38. n. 8.

Lancellot Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 2. §. Idem quoque pag. 667.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verb. Procurator pag. 402. n. 3. tom. 3.

Covarruvias var: reſol. lib. 1. cap. 6. n. 6.

Ferrari in Bibliotheca Canon. Verb. Procurator. n. 17.

(2) Ita alium non poteſt procuratorem conſtituere, ſeu ſubſtituere, etiamſi per conſtituentem hoc ſibi fuerit expreſſe renunciatum.

Paſſerin. de Homin. Stat. to. 2. pag. 297. n. 35.

CAPIT.

Digitized by Google

CAPIT. QUARTUM.

PRocuratorem a Prælato; rectore, vel alio quolibet, pro Eccleſia ſua, vel beneficio conſtitutum, per mortem conſtituentis revocari cenſemus: Etiam quoad negotia jam incæpta, & cauſas in quibus per ipſum lis fuerit ante mortem hujuſmodi conteſtata (1).

(1) Nota quod in procuratore Prælati aut Clerici cujuſcumque in cauſa Eccleſiiæ, vel beneficii conſtituto hoc cautum reperitur, quod nempe per illorum mortem cenſetur revocatus procurator etiam quoad ea negotia jam cæpta, & actiones, quibus, lis fuerat per ipſum ante ſui principalis obitum conteſtata.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 1.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 38. n. 20.

Lancell. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 2. §. Morte pag. 271.

Lauræa in Epitom. Canon. Verbo Procurator pag. 702.

Ricc. in Collect. deciſ. par. 2. Collect. 319.

Rota deciſ. 208. & deciſ. 213. utrobiq. n. 1. coram Cardinal Creſcentio Sen.

Et ratio in eo potiſſimum verſatur, quod ſicuti per ipſius Prælati obitum illud extinguitur jus, quod erat in ipſo prælato; ita etiam extinctum remanet officium procuratoris, in quem non potuit plus juris tranſferri, quam eſſet in ipſo conſtituente.

Jaſon. Conſil. 138. n. 8. Vol. 4.

Petrus de Ancharano ſuper Clementin. Procuratorem de Procuratoribus n. 2.

Notandum, quod quamvis Clementina hujuſmodi de morte tantum naturali verba faciat, ad huc etiam ad civilem ſuas porrigit vires, videlicet ad renunciationem, reſignationem, & translationem.

Jos Bapt. Bovius de Statut. Urb. præf. rip. cap. 102. Gloſſ. 12. n. 3. Tract. Magn. tom. 17. pag. 181.

Gomes in Regul. de Annal. Poſſeſ. quæſt. 62.

Mandoſ. ad regul. Cancellar. 30. pag. 214. n. 13.

Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 22. n. 16.

Trentacinq. Var. reſol. lib. 2. reſol. 4. n. 5. tit. de Procuratorib.

Rota deciſ. 458. n. 1. lib. 2. coram Puteo.

Procedit tamen quoad ea ſolum in quibus datur ſucceſſio, ut ſunt fructus, & expenſæ.

Rota coram Remboldo deciſ. 439. n. 4.

Coram Cardinal. Creſcentio Sen. deciſ. 213. n. 3. & ſeq.

Digitized by Google

Coram Cardinali Bichio deciſ. 76. n. 7.

Not. quod hujuſmodi Clementina locum tantum habet in procuratoribus Eccleſiæ.

Laderch. conſ. 149. n. 5.

TITULUS XI.

De Reſtitutione in integrum.

CAPIT. UNICUM.

AB Eccleſia adverſus lapſum temporis, in quo ſe læſam affirmat in integrum reſtitutio peti poteſt (1): & cauſa reſtitutionis hujuſmodi finiri debet intra quadriennium continuum a tempore læſionis, etiamſi minus quadriennio tempus læſionis exiſtat (2). Sed non fiet reſtitutio niſi ad tantum tempus, quantum ſe læſam fore probabit (3).

Neminem latet, quod Eccleſiæ competit reſtitutio in integrum, ſemel ac per eamdem juſtificata remanet læſio.

Cardinalis Zabarel. ſuper Clem. *Ab Eccleſia* de in integr. Reſtit. n. 1.

Rota deciſ. 616. n. 28. to. 3. coram Criſpo.

(1) Et audiri poteſt etiam poſt terminum peremptorium.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Eccleſia læſa pag. 277.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. to. 2. tit. 42. Verb. Eccleſia læſa n. 9. pag. 62.

(2) Cauſa vero reſtitutionis finiri deber intra quadriennium continuum a tempore læſionis, etiamſi iſtius tempus minus tempore quadriennii exiſtat.

Mandellus Alba Conſ. 214. n. 56. ubi quod d. textus dat quadriennium ad finiendam cauſam reſtitutionis.

Petrus de Ancharano ſuper Clementin. *Ab Eccleſia* n. 5. in fin.

Oddus de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 3. n. 23. & quæſt. 19. n. 41.

Merend. Controv. Jur. lib. 10. cap. 23. n. 8.

Nota quod licet in hujuſmodi Clementina læſionis dies pro quadriennii initio aſſignetur, ita tamen eſt intelligenda, quod nempe quadriennium reſtitutioni petendæ præfixum non incipiat a die læſionis, ſed ſuum ducat initium ab altero ſcitæ læſionis.

Ferrari in Bibliothec. Canonic. Verb. Reſtitutio in integrum n. 24.

Felin.

Digitized by Google

Felin. ſuper Decret. lib. 2. tit. 16. de Præſcript. par. 3. n. 9. pag. 163.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 41. n. 12.

Marian. Soccin. Conſil. 70. n. 31. tom. 1.

Decius conſil. 36. n. 9.

Sannig. de reſtit. in integr. cap. 5. n. 3.

(3) Animadvertendum eſt, quod reſtitutio non fiet, niſi ad tantum temporis, quantum Eccleſia ſe læſam eſſe probaverit.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 1.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 18. §. Sed ſive pag. 379.

Vitalin. ſuper Clementin. Ab Eccleſia de reſt. in integr. n. 46.

Nota, quod iſta Clementina, in qua dicitur tempus quadriennii eſſe a Læſionis die computandum, intelligenda eſt; quando læſionis dies, & ejus ſcientiæ coincidunt, ut ita pro Eccleſiarum favore jura juribus ad concordiam revocentur.

Arnold. Rath. in tractat de Uſucapion. cap. 5. aſſert. 45.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 41. n. 14.

Reiffenſtuel lib. 1. Decretal. tit. 41. n. 63.

Notandum pariter eſt, quod Clemens V. in hujuſmodi Clementina nihil juris civilis regulis, aut ſanctionibus repugnans indixit, ſed æqitatis temperamento lenivit Conſtitutiones indiſtinctè ſancientes ex die læſionis currere Eccleſiis quadriennium.

Merenda Controv. Jur. lib. 10. cap. 23. n. 8.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECUNCUS

TITULUS I.

De Judiciis.

CAPIT. PRIMUM.

DUDUM Bonifacius Papa Octavus Prædeceſſor noſter conſtituit, ut citationes auctoritate Apoſtolica de perſonis quibuſcumque, ac etiam undecumque ad inſtar edictorum in albo Prætoris propoſitorum, etiam extra dies ſolemnes, in quibus Romani Pontifices proceſſus conſueverunt facere generales ipſo Papa ſpecialiter (1) & ex certa ſcientia id mandante factæ in Apoſtolicarum audientia publica litterarum: vel in Papali palatio publice poſtmodum majoris Eccleſiæ loci, in qua Romanus Pontifex cum ſua Curia reſidebit, januis affigendæ (2) ſic valeant atque arctent citatos poſt lapſum terminum (3) quem (conſiderata diſtantia locorum) citationibus ipſis apponi convenit competentem, ac ſi ad eos perſonaliter deveniſſent (4). Quia vero ſtatutum ipſum rationabiliter editum propter malitiam temporis tunc inſtantis nonnullis nimis rigoroſum videtur: Nos rigorem ipſum manſuetudine temperantes idem ſtatutum, & præfatum modum citandi reſtringimus ad illos tantum, & in illis locum volumus ſibi vindicare, qui faciunt, impediunt vel procurant per ſe, vel per alios quo quomodo ne ad eos poſſit citatio pervenire, vel ad quorum domicilia, ſive loca non poſſunt tutò, libereve accedi (5). Porro ei quod circa

circa citationes abſentium tam diebus ſolemnibus, quam aliis Eccleſia Romana diverſis ex cauſis interdum facere conſuevit, per præſentem conſtitutionem, ſeu moderationem in nullo volumus derogari (6).

(1) Quamvis de jure Civili poſſit Judex Ordinarius ex ſua auctoritate per edictum procedere; Secus tamen eſt de Jure Canonico, dum ſpeciale requiritur Papæ reſcriptum.

Felin. in Decretal. lib. 2. tit. 6. Ut lite non conteſt. cap. Quoniam frequenter Col. 305.

Rota in recent. deciſ. 104. n. 2. part. 6.

Coram Coccino deciſ. 1980. n. 2.

[2] Citationes factæ per edictum in publica audientia litterarum Apoſtolicarum, idest in officio contradictarum, aut in aula ejus Palatiis ſunt poſtmodum affigendæ januæ Majoris Eccleſiæ loci, in quo Romana reſidet curia.

Virginius de Boccatiis in tractat. de Citat. cap. 10. n. 2. & 3.

Hercul. Severol. in eod. tractat. cap. 10. n. 2. & 3.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 46. n. 7.

Ventrigl. in Prax. rer. Notabil. tom. 1. annot. 7. n. 13.

Rota in recent. deciſ. 104. par. 6.

Not. quod citatio originalis debet per aliquas horas permanere in loco, in quo affigitur.

Joannes Jacob. Martin. conſil. 15. n. 42. & ſeqq.

Rota in recent. in d. deciſ. 104. n. 10. par. 6.

Coram Coccn. deciſ. 1980. n. 11.

[3] Not. 2. quod edictum debet affixum remanere per totum terminum in eo contentum.

Joannes Baptiſta Groſſi Contr. forenſ. 27. n. 10.

Pax Jordan. Elucubr. lib. 10. tit. 9. n. 33.

Vivian. de Jurepatr. par. 2. lib. 9. cap. 2. n. 5.

Rota deciſ. 217. n. 9. to. 2. coram Cardinali Tanario.

[4] Not. 3. quod recenſitæ citationes ita valent, ac ſi eſſent perſonaliter executæ.

Laurea in Epitom. Canon. Verbo Citatio pag. 147.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. eod. Verb.

Hercul. Severol. in tractat. de Citat. cap. 10. n. 31.

Nota 4. quod hujuſmodi Clementina 1. *de Judicijs* loquitur tantum de citatione edictali in Curia exequenda, non autem in loco viciniori.

Vitalin. ſuper Clementina Dudum de Judic. n. 56.

Rota in recent. deciſ. 104. n. 29. par. 6.

[5] Item dicta Clementina locum habet in duobus caſibus, quorum alter eſt, ſi citatus impediat vel per ſe, vel per alios, quominus citatio poſſit ad ipſum perveni-

re;

re; alter vero ſi locus non poſſit tute adiri.

Felin. ſuper Decret. lib.2.tit. *6*. Ut lite non conteſt. cap. Quoniam frequenter n. 14. col. 305.

Hercul. Severol. in tractat. de citat. cap. 10. n. 5. & 7.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verbo Citationes factæ n. 1. pag. 327.

Ricc. Collect. deciſ. par. *6*. Collect. 2106. Verſ. Intellige tertio, & Collect. 2212. Verſ. Item ſi quis.

Verginius de Boccatiis in tractat. de C tation. cap. 10. n. 5. & 7.

(*6*) Sciendum eſt 1. quod circa citationes faciendas in loco vicino, vel propinquo habitationis, & quoad reliqua debet ſupradicta Clementina intelligi ſecundum Juris communis diſpoſitionem.

Rota in Recent. deciſ. 104. par. *6*.

Coram Coccino deciſ. 1980. n. 26.

Sciendum eſt 2. quod Judex uti non debet hujuſmodi citatione, niſi in ſolo neceſſitatis caſu, quando ſcilicet deeſt copia perſonæ, nec citandus certam habet habitationem, nec loca poſſunt tuto adiri.

Cevall. Commun. contra Commun. quæſt. 809. n. 30.

Rota deciſ. 75. n. 5. to. 4. Coram Cardin. Creſcentio Seniori.

CAPIT. SECUNDUM.

DIſpendioſam prorogationem litium (quam interdum ex ſubtili ordinis judiciarii obſervatione cauſarum docet experientia provenire) reſtringere in ſubſcriptis caſibus cupientes (1). Statuimus, in cauſis ſuper electionibus, poſtulationibus, vel proviſionibus, aut ſuper dignitatibus, perſonatibus, officiis, Canonicatibus, vel præbendis, ſeu quibuſvis beneficiis Eccleſiaſticis, aut ſuper decimis (2), ad quarum etiam præſtationem poſſunt, qui tenentur ad eas, præmoniti cenſura Eccleſiaſtica coerceri (3) necnon ſuper matrimoniis, vel uſuris, & eas quoquo modo tangentibus ventilandis procedi valeat de cætero ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu judicii, & figura (4). Volentes non ſolum ad futura negotia, ſed ad præſentia, & adhuc etiam per appellationem pendentia hoc extendi.

(1) Lau.

Digitized by Google

(1) Laudabilem antiquorum judiciorum curſum, qui ob diffugia, & Cauſidicorum ſubtilitates in dies decreſcebat, priorem in ſtatum redigere exoptans Viennenſe Concilium reprobavit in hac Clement. *Diſpendioſam de Judic.* damnabilem litium prorogationem.

Lancellot. Inſtit. Jur. Canon. de Comparat. Juris Pontif. & Cæſar. pag. 69.

Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 20. n. 11.

Rota in Senogallien. Aperitionis Oris 8. Junii 1764. §. 3. coram Veri.

(2) Et in primis quidem in cauſis electionum, poſtulationum, proviſionum, dignitatum, perſonatuum, Canonicatuum, prabendarum, & quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum ſummarie procedendum edixit, ideſt de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii.

Piaſec. prax. Epiſcop. par. 2. cap.4.n. 67. pag. 274.

Lotter. de re Benef. lib.2. quæſt.20. n.49.

Barbat. conſ. 12. n. 6. vol. 4.

Rota deciſ. 465. n. 7. coram Criſpo.

[3] Eumdemque ſervari ordinem in pertractandis cauſis Decimarum omnino voluit.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 12. n.29. pag. 258.

Moneta in tractat.de Decim. quæſt. 8. n. 41. & 42.

Piaſec.Prax. Epiſcop. par.2. cap.4. n. 59. pag. 268.

Et incipi poteſt a præcepto cum monitione ſub pæna excommunicationis.

S. C. T. in Seſſ. 25. de Reform. cap. 12.

Antonell.de Regimin. Eccleſ. lib. 5. cap. Ultim. n. 19.

Petrus de Ancharan. *in Clement. Diſpendioſam de Judic.* n. 4.

Pichler in Jus Canon. lib. 3. tit. 30. num. 49.

S. C. C. in Ariminen. 8. Julij 1679. & in Januen. 19. Januarij, & 9. Februarii 1737.

Nota 1. quod quemadmodum Decimarum cauſa ſpiritualis reputatur, ita illarum cognitio ad Eccleſiaſticum ſpectat Forum.

Cævall.Commun.Quæſt.Contra Commun.quæſt.822.n.68.& 69.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 4. ſub n. 58. pag. 267.

Procedit, quando Decimarum cauſa *petitorio agatur*, non vero ſi ſolum agatur *judicio poſſeſſorio* E.G. ſi Parochus, ſive alter Eccleſiaſticus laicum pro earumdem ſolutione conveniat cum interdicto *adipiſcendæ, retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis*, in hoc quippe caſu cognitionem eſſe *mixti fori*, & etiam ad Laicum Judicem pertinere, eſt Doctorum opinio.

Piaſec. in loco ſupra citato.

Engel in Jus Canon. lib. 3.tit. 30. n. 59. pag. 300.

Leo in Theſaur. for. Eccleſ. cap. 12. par. 2. n. 22. & ſeqq.

Moneta de Decim. quæſt. 8. n. 13.

Paſtor de Bonis Temporalib. Eccleſ. acquirend. & conſervand.

tit. 2. n. 17.

Nota 2. quod Decimæ ſpirituales ſunt eo ipſo, quod ratione Eccleſiæ, & ſpirituali ex cauſa debentur.

Text. in cap. Tua nobis 29. de Decim.

Rota deciſ. 1195. n. 10. coram Lancetta.

Coram Cardinal. Falconerio deciſ. 1. n. 1. tit. de Decim.

Coram Cardinal. Creſcentio deciſ. 360. n. 11. to. 3.

Quodcumque Privilegium exemptivum a Decimis ſpiritualibus nullam meretur animadverſionem, quoties deſtitutum apparet derogatione expreſſa *cap. Nuper de Decim.*

Pignatell. Conſult. Canon. 8. To. 8.

Cardinal. de Luca de Regul. diſc. 1. ſub. n. 44.

Coram Cardinal. Creſcentio deciſ. 416. n. 9. tom. 4.

Hiſpalen. Decimarum de Utrera 6. Maii 1733. §. Sed quod coram De Sanminiatis.

Hiſpalen. Decimarum de Marchena 15. Januarii 1734. §. Quatenus coram Sa:mem: Clemente XIII. inter impreſ. deciſ. 125. n. 21.

Nota 3. quod iſta, qua de agitur, Clementina *Diſpendioſam* locum habet inter Laicos, quando Decimæ fuerunt ante Concilium Lateranenſe tertium ſub Alexand. III. anno Chriſti 1179. translatae.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 12. n. 31. pag. 259.

Quemadmodum vigore recenſiti Concilij Lateranenſis Decimarum translationes *in Canon.* 14. prohibentur; ita illarum conceſſiones favore Laicorum expletæ abſque Beneplacito Apoſtolico poſt idem Lateranenſe Conclium, irritæ omnino exiſtunt.

Text. in cap. Quamvis, & cap. Prohibemus de Decimis.

Thomaſſin. de Benefic. par. 3. lib. 1. cap. 11. n. 7.

Rota in Conſtantien. Decimarum 4. Martii §. 11. & 26. Junii 1743. §. 9. coram Cardinal. Millino.

Sola immemorabilis probatio apta de per ſe non eſt ad ſimiles conceſſiones ſuſtinendas; niſi privilegii obtenti ante ſupradictum Concilium Lateranenſe fama adiungatur.

Rota deciſ. 213. n. 4. coram Cardinali Tanario.

Et in dicta Conſtantien. Decimarum 4. Martii 1743. §. 14. & 26. Junii ejuſdem anni coram Cardinal. Millino, ubi quod utraque eſt unitim probanda.

[4] In Cauſis quoque Matrimonii, & Uſurarum ſummarie procedendum ſanxit Viennenſe Concilium in Clement. *Diſpendioſam*.

Corneus Conſil. 51. col. 1. to. 1.

Engel in Jus Canon. *lib.* 4. tit. 18. n. 10.

Fontanel. de Pact. Nuptial. clauſ. 4. Gloſ. 13. par. 2. n. 54.

Genuenſ. in Prax. cap. 21. n. 18.

Lauræa in Epitom. Canon. Verbo Cauſæ Matrimoniales pag. 133. & ſeq.

Pa-

Digitized by Google

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tit. *6*. Verb. Cauſæ quomodo tractandæ n. 7. pag. *291*.

Verginius de Boccatiis in tract. de Litter. Remiſſorial. cap. 7. n.*9*. pag. 73.

Notandum quod hujuſmodi Clementina *Diſpendioſam* locum tantum habet in beneficiis Eccleſiaſticis, non vero in profanis, & Sæcularibus, quamvis Eccleſiaſtico in foro pertractentur.

Gigas de Penſion. quæſt. 71. n. 5. pag. 101.

An locum habeat in Hoſpitalibus, ad eo ut ſit in illis ſummarie procedendum ſine ſtrepitu, & figura judicii.

Vid. Tractatum Hoſpitalitatis Lapi de Caſtelliono impreſ. in Tractat. Magn. to. 14. n. 50. fol. 162.

TITULUS II.

De Foro Competenti.

CAPIT. UNICUM.

QUamvis ſacris canonibus ſit generaliter interdictum, nequis Epiſcopus juriſdictionem in Diœceſi exerceat aliena (1): Nos tamen Epiſcopis, qui à ſuis Sedibus potervia impiorum expulſi non audent propter metum perſequentium in ſuis Civitatibus, vel Diœceſibus, aut earum parte aliqua reſidere: nec juriſdictionem ad ſe ſpectantem per ſe, vel per alium inibi exercere, ne injuria in eorum expulſione ipſorum irrogata Eccleſiis hoc prætextu remaneat impunita, duximus indulgendum, ut in Diœceſibus alienis, in Civitatibus videlicet, vel locis inſignibus ſuis Eccleſiis vicinioribus, in quibus poterunt ſecure morari, & juriſdictionem ſuam libere exercere poſſint contra ſuos expulſores, & eorum in hac parte conſiliarios, & fautores (2) (dummodo civitates, vel loca hujuſmodi eiſdem expulſoribus, conſiliariis, & fautoribus ſint ſecura, & ipſi perſonaliter, vel ad domum, ſi hoc tuto fieri valeat, alioquin publice in Eccleſia Cathedrali loci, vel domicilii

eorumdem citati fuerint) libere procedere, prout juſtitia ſuadebit (3). Si vero dicti Epiſcopi auſi non fuerint hujuſmodi ſuos expulſores, vel eorum conſiliarios, aut fautores dicto modo citare, vel ipſi malitioſe impedimentum præſtiterint ne potuerint ſic citari licitum ſit eiſdem Epiſcopis, ut expulſores, conſiliarios, & fautores eoſdem diebus aliquibus Dominicis, vel feſtivis, cum populus convenerit ad divina, ut ſic facta citatio ad eos pervenire veriſimiliter præſumatur citent, vel citari faciant publice in Eccleſiis Civitatum, vel locorum inſignium prædictorum: & procedant deinde contra ipſos, ſi citati taliter ſtatuto ipſis peremptorio termino competenti coram eiſdem Epiſcopis noluerint comparere, ac ſi citati legitime alias extitiſſent (4). Eiſdem etiam Epiſcopis indulgemus, ut inter ſuos Subditos (ne ob defectum juſtitiae diſpendium aliquod patiantur) poſſint in diœceſibus alienis, in quibus morum traxerint (dumodo per ſe, vel per alium hoc in ſuis propriis diœceſibus facere non audeant, vel non poſſint) juriſdictionem ſuam omnimodam exercere: ita tamen quod Subditi, qui expulſores, vel eorum fautores aut conſiliarii non fuerint ultra duas dietas a fine ſuæ diœceſis non trahantur (5). Volumus inſuper, ut ante omnia a Diœceſanis locorum; in quibus moram traxerint petant licentiam in proemiſſis; (6) quam ſi obtinere nequiverint procedant nihilominus, prout ſuperius eſt expreſſum: Sane ſi proedicti Epiſcopi aſſeruerint, ſe non fuiſſe auſos proefatos expulſores, conſiliarios, vel fautores perſonaliter, vel ad domum, aut publice (ut præmittitur in eorum Eccleſia Cathedrali citare, vel ipſos malitioſe preſtitiſſe impedimentum, ne per eos potuerint ſic citari, aut quod in ſuis diœceſibus juriſdictionem per ſe, vel per alium contra ipſos exercere nequeant, vel non audent, ſtari ſuper his volumus aſſertionibus eorumdem (7), ipſis diſtri-

ctius

Digitized by Google

ctius injungentes ſub indeterminatione divini judicii, ne circa proemiſſa contra conſcientiam quicquam mendaciter, aut doloſe aſſerant, vel confingant. Eorumdem autem Epiſcoporum ſententias, & proceſſus, quos in proemiſſis caſibus in aliis dioeceſibus duxerint faciendos, denuncient, ſeu denunciari faciant per ſuas dioeceſes convicini Epiſcopi, cum ab eis fuerint requiſiti. Per proemiſſa quoque nullum ex tranſcurſu temporis quanticumque, vel alias quoquo modo locorum Dioeceſanis, vel aliis quibuſcumque juriſdictionem habentibus in locis proemiſſis, in quibus proedicti Epiſcopi ſic expulſi juriſdictionem (ut prædicitur) exercebunt præjudicium generetur (8).

[1] Nil poteſt Epiſcopus exercere Juriſdictionis extra Epiſcopatus ſui fines.

Petrus de Ancharano in Clementin. Quamvis de Judic. n. 1.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Juriſdictio pag. 487.

Thomaſſin. de Benefic. par. 1. lib. 1. cap. 47. n. 9.

Cardinalis Zabarella in recenſita Clementina Quamvis n. 17.

Nec poteſt in figura judicii proprios coercere Subditos aliena in Diœceſi apprehenſos, niſi de ejuſdem ordinarii licentia, & proevio illius *Exequatur*.

Cardinalis Zabarella in Clementin. Unic. de For. Competent. n. 2.

Cardinalis de Luca de Juriſdict. diſcurſ. 20. n. 14. & ſeqq.

Cardinalis Petra ad Conſtit. Apoſtol. to. 1. Conſtit. 1. Leonis IX. Sect. 2. n. 60. & ſeqq.

Ventriglia in Prax. Annot. 25. §. 11. a n. 7. & ſeqq.

Rota deciſ. 412. n. 40., & deciſ. 415. n. 1. to. 4. coram eodem Cardinal. Creſcentio.

Et ratio ea eſt, quia ſicuti juriſdictio contentioſa cohæret loco, ſive Territorio, ita nulli Antiſtiti datum eſt extra ſuam & aliena in Diœceſi illam exercere.

Anton. de Roſſell. de Indulgent. n. 313. in Tract. Magn. to. 14. pag. 154.

Petrus de Ancharano in Clementin. Quamvis de For. Compet. n. 2.

Ubert. de Citat. cap. 5. n. 419. & cap. 11. n. 26. & ſeq.

Rota in deciſ. 326. n. 5. to. 3. coram Cardinal. Creſcentio, & deciſ. 412. n. 39. to. 4. coram Eodem.

(2) Limit. in Epiſcopis a ſuis ſedibus impiorum protervia expulſis, quia illis licitum eſt in locis vicinarum Diœceſium, & Eccleſiis ſecuris procedere contra expulſores, eorum-

Digitized by Google

eorumque Conſiliarios, & fautores, atque proprios inter Subditos Jus dicere.

Sanchez in Præcept. Decalog. o. 2. lib. 6. cap. 6. n. 27.

Ricciul. Lucubrat. Eccleſ. lib. 2. cap. 4. n. 3.

Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 33. n. 133.

Ventriglia in Prax. Eccleſ. to. 1. Annot. 26. §. Unic. n. 10.

Loter. de re Benef. lib. 1. quæſt. 21. n. 2.

[3] Citandi tamen ſunt Expulſores prædicti perſonaliter in Civitate, vel Dioeceſi ſi inveniri poterunt, ſi autem ſint extra, vel vagabundi debent ad Domum, ſi tutus eſt acceſſus, citari, alioquin in Eccleſia Cathedrali loci contractus, delicti, vel quaſi, vel ubi domicilium habent debent citari.

Cardinalis Zabarel. in ſupradicta Clementin. Quamvis n. 37.

Petrus de Ancharano in hoc met loco ſub n. 9.

Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 2. n. 29. pag. 149.

Rota deciſ. 75. n. 4. & 5. coram Cardinal. Creſcentio Senior. to. 4.

[4] Si vero propter metum eorum citari non poſſunt in Eccleſiis principalium Civitatum, & locorum promulgari faciant citationes, & lapſo termino procedant.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Epiſcopi Spoliati pag. 323.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verb. Epiſcopi Spoliati tit. 37. n. 7. pag. 180.

(5) Quamvis Epiſcopus expulſus contentioſam exercere poſſit juriſdictionem in aliqua parte Territorii Vicini Epiſcopi, trahere tamen non debet ſuos Subditos extra Dioeceſim ſuam ultra duas dietas.

Cyrin. Nex. Eccleſ. Juriſd. cap. 6. n. 314.

Petrus de Ancharano in hac Clement. Quamvis n. 14.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 37. Verb. Epiſcopi ſpoliati n. 8. pag. 180.

(6) Debet tamen prius licentiam petere a Diœceſano illius loci, uti ſedere voluerit; quo renuente, nihilominus procedere valet.

Gonzalez. ad Regul. Cancellar. 8. Gloſ. 43. n. 200.

Thomaſſin. de Benef. par. 1. lib. 1. cap. 47. n. 9. in fin.

Cyrin. in loco ſupra citato num. 312.

Ventrigl. in Prax. Eccleſ. to. 1. Annot. 26. §. unic. n. 10.

Scaccia de Sentent. & re judicata Gloſ. 7. quæſt. 3. limit. 1. n. 58.

Caballut. in Hiſtor. Concilior. pag. 491. n. 9.

[7] Nota, quod dicente Epiſcopo ſe non potuiſſe citare expulſores plena eſt ei fides adhibenda.

Lauræa in Epitom. Canon. verbo Epiſcopi ſpoliati pag. 323.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. verb. eodem tit. 37. n. 8. pag. 180.

(8) Diœceſanus nullum patitur præjudicium per quamlibet moram Epiſcopi a ſua Diœceſi pulſi.

Lau-

Lauræa in Epitom. Canon. in loco ſupra citato.

Paravicin. in dicto tit. 37. n. 10. pag. 180.

Sciendum eſt quod Clementina Quamvis loquitur de Epiſcopo qui extra Territorium ſuum vult illam exercere juriſdictionem, quam non poteſt exercere.

Anton. de Roiſell. de Indulgentiis n. 317. tract. magn. to. 14. p. 155.

Locum vero non habet in Prælatis inferioribus, quia deficit in illis Epiſcopalis dignitas, propter quam ſpecialis gratia extitit conceſſa.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 1.

Cardinalis Zabarella in Clementina Quamvis n. 13.

Oliva de For. Eccleſ. par. 3. quæſt. 2. n. 12.

TITULUS III.

De Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.

CAPIT. UNICUM.

CAuſa beneficiali per appellationem ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta tàm appellanti, quàm appellato licere decernimus nedum petitorium, ſed & poſſeſſorium intentare (1). Et in ſpoliantis odioſi ante cauſæ concluſionem ſuſpendere petitorium a ſe, & ab Adverſario intentatum in ſolo poſſeſſorio procedendo (2).

(1) Not. 1. quod, Cauſa beneficiali ad Sedem Apoſtolicam per appellationem devoluta, utraque pars nedum petitorium, ſed etiam poſſeſſorium valet intentare.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 2.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Appellatione facta pag. 38.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. eod. tit. n. 21. to. 1. pag. 95.

Lap. Allegat. Jur. 98. n. 3. & ſeq.

[2] Not. 2. quod Reus conventus in petitorio poteſt in odium Spoliatoris poſt litis conteſtationem proponere poſſeſſorium recuperandæ ad effectum ſuſpendendi petitorium.

Covar. var. reſol. lib. 1. cap. 16. n. 13. to. 2. pag. mihi 91.

Petrus de Ancharano in Clement. *Cauſa beneficiali* n. 5. pag. mihi 62.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit. 12. n. 10.

Quamvis a Sententia, quæ

fertur

Digitized by Google

fertur in poſſeſſorio non recte appellatur;hoc tamen procedit in poſſeſſorio momentaneo, ſeu ſummariſſimo, non vero in poſſeſſorio ordinario, in quo locum habet appellatio.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit. 28. §. 3. n. 38. pag. 184.

An recenſita Clementina, quæ locum habet in Cauſa beneficiali ad Sedem Apoſtolicam devoluta, procedat in aliis Cauſis Vid.

Covar. var. reſolut. lib. 1. cap. 16. d. n. 13. ubi late materia exornatur.

An vigore hujus Clementinæ cauſa poſſeſſoria beneficii Eccleſiaſtici privative ad Judicem ſpectet Eccleſiaſticum, ſive potius ſit cumulativa.

Franc. Hieronym. Leo deciſ. Valent. 208. n. 40. lib. 2.

TITULUS IV.

De Dolo, & Contumacia.

CAPIT. UNICUM.

SI ante diffinitivam ſententiam a Judice quis appellando recedat, & Judex appellationi non deferens, eo citato, vel etiam non citato ulterius in cauſa procedens contra ipſum etiam abſentem, ſententiam diffinitivam promulget poterit idem appellans a dicta ſententia intra tempus debitum appellare (1): Niſi ejus prima appellatio eſſet frivola manifeſte (2).

(1) Sciendum eſt quod ſi diffinitivam ante ſententiam quis appellando a Judice recedat, & Judex appellationi non deferens ſuam contra ipſum etiam abſentem ſententiam promulget, poteſt ab ea idem appellans intra tempus appellare ſive fuerit citatus ad ſententiam, ſive non.

Lauræa in Epitom. Sacror. Canon. Verb. Appellatione facta pag. 38.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. eod. Verb. tit. 1. n. 27. to. 1. pag. 96.

[2] Non procedit ſi prima appellatio eſt manifeſte frivola, cui non eſt deferendum.

Valenzuel. Conſil. 105. n. 31. to. 2.

Petrus de Ancharano in Clementina *Si ante* n. 5.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina ſub n. 6.

Genuenſ.

Digitized by Google

Genuenſ. in Prax. Cur. Archiep. cap. 70. n. 8.
Fuſcus de Viſit. lib. 2. cap. 13. ſub. n. 6.
Vulp. in Prax. For. Eccleſ. cap. 21. n. 6.
Zerol. in Prax. Epiſcop. Verb. Appellatio Verſ. Ad Decimum.

TITULUS V.

Ut lite pendente nil innovetur.

CAPIT. I.

SI duobus in Romana Curia ſuper beneficio ſibi collato litigantibus in eadem curia mori contingat utrumque, collationem hujuſmodi beneficii ad Romanum Pontificem, ſi verò extra dictam Curiam ad Ordinarium decernimus pertinere: (1) niſi forſan alius ab eis in dicto beneficio jus haberet. Quod ſi unum in dicta Curia, alterum vero extrà mori contingat; ſi moriens in Curia beneficium poſſidebat ad Romanum Pontificem: ſi verò alius ad Ordinarium pertineat collatio ſupradicta. Neutro (2) tamen ipſorum beneficium poſſidente erit Romanus Pontifex propter auctoritatis prærogativam in collatione hujuſmodi proeferendus. (3) Si vero alter tantumodò ſivè poſſeſſor, ſivè petitor decedat: Si Superſtes, vel alius, cujus interſit, cauſam nihilominus proſequatur (cum interim beneficium de jure conferri non poſſit) ad quem collatio ejus pertineat futurus declarabit eventus. Nam ſi ad defunctum pertinuiſſe beneficium fuerit declaratum, pertinebit ad Papam ſi ille in Curia: vel ad Ordinarium ſi extra Curiam ſit defunctus (4). Quod ſi ad neutrum illud ſpectaſſe conſtiterit, ad Ordinarium collatio pertinebit (5): Salva tamen in præmiſſis omnibus Romani Pontificis poteſtate, ad quem Eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum plena, & libera diſpoſitio ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur pertinere (6).

(1) Si duo Romana in Curia ſuper collato ſibi beneficio litigent, & uterque ibi moriatur ad Papam ſpectat collatio, ad Ordinarium vero ſi eamdem extra Curiam decedant.

Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. §. 2. ſub n. 10. Verſ. Si duo in Curia pag. 199.

Sciendum eſt, quod vacare dicuntur in Curia beneficia eorum, qui non modo in Urbe, verum etiam in ejus diſtrictu, ſive infra duas Dietas moriuntur.

Text. in cap. Præſenti 34. de Præbend. in 6.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. §. 2. n. 10. pag. 199.

Paſtor de Benef. Eccleſiaſt. tit. 15. n. 2. pag. 50.

Lottèr. de re Benef. lib. 2. quæſt. 27. n. 73.

Rota in Barchinonen. Beneficii 28. Januarij 1746. §. 2. coram Eminentiſſimo Elephantutio.

Procedit etiamſi recenſita beneficia ſint de Jurepatronatus Laicorum, quæ licet directè dici nequeant obnoxia reſervationi obvacationem in Curia; adhuc ex inveterato ſtylo Papa manus apponit, illaque confert non per modum reſervationis, ſed per modum quidem ſpecialis derogationis Juriſpatronatus.

Vivian. de Jurepatr. lib. 14. cap. 1. n. 4.

Cardinalis de Luca diſc. 6. n. 3. de Benef.

Rigant. in Comment. ad Regul. 1. Cancell §. 1. n. 332.

Rota in d. Barchinonen. Beneficii §. 3. coram Eminentiſſimo Elephantutio.

[2] Beneficium litigantes ſi alter ex illis qui beneficium poſſidebat moriatur in Curia, collatio illius ad Pontificem ſpectat; ſi extra ad Ordinarium.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Beneficia vacantia in Curia. pag. 77. & in Verbo lis pag. 511.

Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 20. n. 70.

[3] Si neuter in poſſeſſione fuerit collatio ad Papam dubio procul pertinet.

Lauræa in Epitom. Canon. in Verbo lis pag. 511.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. eod. tit. n. 11. pag. 576.

(4) Nota 1. quod ſi unus tantum moriatur, & alter, vel tertius pro ſuo intereſſe litem proſequi velit, interim nulli eſt beneficium adjudicandum, ſed eſt litis finis expectandus: ſi enim declaratum fuerit beneficium pertinuiſſe ad Defunctum Papa confert, ſi ille in Curia mortuus ſit; Ordinarius vero ſi extra.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. §. 2. ſub n. 10. pag. 199.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. in loco ſupracitato.

(5) Not. 11. quod ſi beneficium ad nullum ex litigantibus ſpectaſſe conſtiterit, Ordinarii erit collatio, niſi alia ex cauſa reſervetur.

Engel in Jus Canon. in loco ſuperius recenſito.

(6) Not. 3. Quod Summus Romanus Pontifex omnimodam de jure habet poteſtatem conferendi omnia

Digitized by Google

omnia totius Mundi beneficia; quum ipſe tantùm vocetur Dominus illorumque diſpenſator.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Beneficium artic. 4. n. 1.

A. S. Gregorio Univerſal. Tractat. lib. 2. de Contract. cap. 95. n. 3.

Coevall. quæſt. Comm. contra Commun. quaeſt. 528. n. 1.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 5. n. 1. pag. 183.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. §. 2. ſub n. 7. pag. 198.

Rota in Romana Nullitatis Penſionum 19. Februarii 1753. §. 3. coram Cardinal. Matthæjo.

Animadvertendum eſt, quod eo ipſo, quod lis perdurat beneficium non eſt de jure conferendum.

Loter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 54. n. 83.

CAPIT. SECUNDUM.

Cum lite pendente nihil debeat innovari (1): litem quo ad hoc pendere cenſemus, poſtquam a Judice competenti in ea citatio emanavit, et ad partem citatam pervenit, vel per eam factum fuit, quominus ad ejus notitiam perveniret (2): Dum tamen in citatione prædicta talia ſint expreſſa: perquæ plenè poſſit inſtrui ſuper quibus in judicio convenitur (3).

[1] Not. 1. quod lite pendente nil eſt innovandum.

Petrus de Ancharano in hac Clementin. *Cum Lite pendente* n. 2.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 5. n. 35. pag. 186.

Lancellot. in Juſtit. Canon. lib. 3. tit. 13. §. Inſtituta pag. 323.

Rota deciſ. 50. n. 1. coram Cardinal. Caprara

Coram Cardinal. Falconerio deciſ. 54. n. 1. tit. de Jurepatronat.

Vicen. Beneficij 11. Januar. 1732. §. Tum etiam coram Cardin. Aldrovando.

[2] Not. 2. quod lis pendere dicitur poſtquam a competenti Judice citatio in ea emanavit, & hæc pervenit ad partem, vel curatum eſt ut ad eam perveniret.

Merlin. Pignatel. Controv. Forenſ. cap. 81. n. 2.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. lis pag. 511.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Eod. tit. lib. 3. num. 11.

Loter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 20. n. 105.

Rota in Recent. deciſ. 50. n. 8. par. 12.

Alias non ſufficit ad litis pendentiam inducendam decerni a Judice competenti citationem, niſi etiam ad partem citatam perveniat.

Digitized by Google

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 6.

Rota deciſ. 110. n. 12. coram Penia impreſſ. venet.

Coram Cardinal. Creſcentio Sen. deciſ. 97. n. 2. to. 4.

(3) Not. 3. quod in citatione debent talia exprimi, ut citatus poſſit de futuræ litis ſubjecto plenè inſtrui.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 13. §. lis pag. 324.

Lotter. de re Benef. lib. 2. quaeſt. 20. n. 104.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit. 16. n. 1. pag. 144.

Sciendum eſt quod recenſita Clement. *Cum lite pendente* procedit tantum in reo, non vero in actore.

Rota in d. deciſ. 110. n. 13. coram Penia.

Advertendum eſt, quod innovatio, lite pendente facta, a vitio attentatorum ſalvari nequit.

Rota in Spoletana Aquarum, & attentatorum 23. Junii 1732. §. 3. coram Cardinal. Calcagnino.

Amerina, ſeu Balneorigien. Manutentionis 21. Junii 1743. §. 1. coram de Vaiis.

TITULUS VI.

De ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum.

CAPIT. UNICUM.

AD compeſcendas litigantium malitias diffinimus, ut una contra poſſeſſorem diffinitiva ſententia ſuper beneficio apud Sedem Apoſtolicam dumtaxat in petitorio, vel poſſeſſorio promulgata, beneficium ipſum, etiamſi dignitas, vel perſonatus exiſtat, & curam habeat animarum a poſſeſſore hujuſmodi (dum tamen triennio pacificè antea ab eo poſſeſſum non fuerit) per loci Ordinarium apud aliquam perſonam idoneam ſequeſtretur (1), quæ plenam de ipſo, & debitam curam gerens, id quod de fructibus ipſius (debitis ejuſdem ſupportatis oneribus) ſupereſſe contigerit, illi reſtituat, qui finalemin cauſa victoriam obtinebit (2). Si quis autem ſequeſtrationem hujuſmodi impedire, vel fructus ſequeſtratos quoquô modô præſumpſerit occupare excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto (3), a quæ

qua (niſi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus reſtitutis) nullatenus abſolvatur (4). Et nihilominus ſi de litigantibus fuerit a jure (quod ſibi in hujuſmodi beneficio, vel ad ipſum forſitan competebat eidem) hoc ipſo ſe noverit cecidiſſe (5): Proemiſſis nedùm circa futura, ſed etiam circa per appellationem pendentia negotia obſervandis (6). Non obſtante ſi contra præfatam ſententententiam de nullitate forſan opponatur (7).

(1) Ad compeſcendas litigantium malitias ſtatuit Viennenſe Concilium in hac *Clem: Un. de Sequeſtr. poſſeſ. & fruct.* ut lite pendente in Curia Romana in petitorio, vel poſſeſſorio ſuper cauſa beneficiali, ſecuta una ſententia definitiva contra poſſeſſorem, poſſit Ordinarius decernere ſequeſtrum nedum fructuum ejuſdem beneficii, verum etiam ipſius beneficii apud perſonam idoneam, quæ debitam illius curam habeat, & adminiſtrationem gerat.

Ferrari Bibliotheca Canonica verb. Cauſæ n. 34.

Anſald. conſil. 47. n. 14.

Piaſec. in prax. Epiſcop. par. 2. cap. 4. n. 104. pag. 299.

Rota dec. 256. n. 1. coram Merlino.

Coram Anſaldo deciſ. 543. n. 6. tom. 5.

Locum habet etiamſi beneficium ſit dignitas, vel Perſonatus, & curam habeat animarum.

Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 77. ſub n. 23.

Cardinal. de Luc. de Benef. diſc. 98. n. 19.

Barboſa ſuper eadem Clem. n. 7.

Rota deciſ. 543. n. 4. tom. 5. coram Anſaldo.

Item ſi Sententia in Sacræ Rotæ Auditorio lata, ſit revocatoria alterius de Partibus.

Rota in Nuperrim. deciſ. 145. n. 2. tom, 4.

Limit. 1. quando Sententia quæ revocatur, eſt pariter rotalis; in quo caſu locum non habet *Clement. unica de Sequeſtration.*

Cardinal. de Luc. de Benef. d. diſcurſ. 98. n. 33.

Caſſador. deciſ. 1. n. 2. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct.

Rota dec. 179. n. 2. par. 16. rec.

In Nuperrim. d. deciſ. 145. n. 3. tom. 4.

Limit. 2. in Poſſeſſore, qui beneficium ante Sententiam per triennium pacifice poſſedit.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus, ſuper hac Clementin. Verſic. Triennio.

Mareſcot. Var. reſol. lib. 2. cap. 77. n. 35.

Gomes in Regul. Cancellariæ de triennal. poſſeſſor. quæſt. 11. lit. C. pag. 353.

Petrus de Ancharan. ſuper ead. Clement. n. 2.

Gi.

Digitized by Google

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 2. pag. 389.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib.3. tit. 40. n. 26. pag. 422.

Ventrigl. in Prax. Eccleſ. to. 1. Annot. 8. §. 2.

Rota deciſ. 412. n. 2. coram Priolo.

Coram Cardinal. Caprara deciſ. 67. n. 5.

Limit.3. ſi Sententia fuerit primo loco lata favore Poſſeſſoris.

Piaſec. in prax.Epiſcop.par.2. cap. 4. n. 104.in fin.

Rota deciſ. 256. n. 8. coram Merlino.

In rec. dec. 585. n. 12.par. 5.

Procedit quando ſententia lata fuit in Curia, non verò in partibus emanata.

Mareſcot.var.reſol.cap.77.n.1. & ſeq. lib. 2.

Rota deciſ. 86. n. 10. par. 3. coram Ubaldo.

Coram Merlino d.dec.256.n.9.

Coram Cardinal. Caprara d. deciſ.67. n. 2.

[2] Advetendum eſt, quod beneficii fructus, Eccleſiæ ſubductis oneribus, ſunt illi reſtituendi, qui plenam in fine litis victoriam obtinebit.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Sequeſtrum pag. 798.

Paravicin. in Polyanth.Sacror Canon. eod. Verb. to. 3. pag. 578.

Rota in Auguſtana Canonicatus ſuper Fructibus 10. Maij 1723. Cæterum coram Cardinal. Aldrovando.

Sequeſtrum Beneficiali in Cauſa appoſitum removeri amplius non debet, niſi in fine litis, nempè poſt rem judicatam.

Hercul. Severol. de Remiſſionib. cap. 17. n. 7. pag. 37.

Rota deciſ. 289. n. 5. coram Carillo.

Coram Eminentiſſimo Creſcentio deciſ. 103. n.3. tom.1.

Militat quoad ſequeſtrum vigore hujus *Clementin. unic.* relaxatum, quando nempe Actor ſententiam in Curia obtinuit contra Poſſeſſorem, non autem in ſequeſtro merè proviſionali vigore Bullæ Pianae *la* 7. in quo ſanè caſu removeri ſemper poteſt judicis arbitrio in qualibet inſtantia, & in qualibet judicii parte.

Cardinal. de Luc. de Benef. diſc.98. n.15. & 26.

Rota deciſ. 243. in fin. coram Durano.

Coram Eminentiſſimo Creſcentio d. deciſ. 103. n. 4. & 5. tom. 1.

(3) Excommunicationem ipſo facto incurrit, qui ſequeſtrum impedire audet, vel fructus jam ſequeſtratos quoquomodo occupare præſumit.

Petrus de Ancharan. ſuper eadem Clementin. n.8.

Sayr. de Cenſur. lib. 3. Cap. 35. n.7.

Paſtor.de Benef. Eccleſ. lib.3. tit.40. n.26. pag.422.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Excommunicatio contra Omnes art.4. n.10.

(4) No:

Digitized by Google

(4) Nota 1. quod ſequeſtrationem impediens nullatenùs eſt ab excommunicatiòne abſolvendus, niſi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus reſtitutis.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. Cap. 2. pag. 389.

(5) Nota 2. quod qui obſtaculum ſequeſtrationi præbet ſi ſit alter ex litigantibus eo ipſo perdit jus, quod ad rem habet.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Sequeſtrum pag. 798.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 22. n. 40.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verb. ſequeſtrum to. 3. pag. 578.

Pilaja deciſ. Pontific. lib. 3. deciſ. 1. n. 74.

Rota deciſ. 1. n. 1. tit. de ſequeſtr. poſſeſſ. coram Moſiedano.

(6) Sequeſtrum peti poteſt coram Judice a quo etiamſi fuerit ab ejus ſententia appellatum.

Rota deciſ. 67. n. 3. coram Cardinal. Caprara.

(7) Ad impediendam ſequeſtrationem in nullo numero eſt habenda oppoſitio de nullitate primæ ſententiæ.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. Cap. 2. pag. 389.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſſ. 22. n. 44.

Rota deciſ. 156. n. 1. & 2. par. 3. coram Veralla.

In Nuperim deciſ. 105. n. 5. tom. 3.

Limit. quando nullitas provenit ex defectu juriſdictionis.

Ripa in Decretal. lib. 1. reſponſ. 2. n. 5. de Reſcript.

Rota deciſ. 8. n. 5. coram Dunozet. jun.

Animadvertendum eſt, quod hujuſmodi Clementina *Ad compeſcendas* locum habet in Beneficiis Eccleſiaſticis tantùm, dum ad alias prophanas cauſas non rectè ſuas porrigit vires.

Antald. Conſil. 63. n. 18.

Facchin. Controv. Jur. lib. 1. Cap. 75. in fin.

Itèm in Sententia tantum diffinitiva.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 2.

Sicuti præfata Clementina eſt a jure exorbitans, ità nec ex identitate rationis eſt de uno ad alterum caſum extendenda.

Gomes de triennal. poſſeſſor. ad regul. Cancellar. quæſt. 11. lit. D.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 22. n. 49.

Et intelligitur ſolùm de ſequeſtro facto propter præſumptionem ſententiæ in petitorio vel poſſeſſorio.

Rota deciſ. 1. n. 5. tit. de ſequeſtr. poſſeſſ. coram Mohedano.

An locum habeat in penſione, quamvis penſio ſub vocabulo veniat appellatione beneficii.

Vid. Gig. de Penſionib. quæſt. 46. inter Tractat. Magn. to. 15. par. 1. fol. 345.

Tandem an procedat in Hoſpitalibus.

Vid. Lap. de Hoſpitalit. inter Tract. Magn. to. 14. n. 52. fol. 163.

TITU-

Digitized by Google

TITULUS VII.

De Probationibus.

CAPIT. UNICUM.

Litteris noſtris, quibus nos dignitates quaslibet, ſeù beneficia collationi noſtræ, vel Sedi Apoſtolicæ reſervaſſe, aut reſignationem beneficii alicujus recepiſſe, ſeu recipiendi poteſtatem alii commiſsiſse, vel aliquem excommunicaſse, ſeù ſuſpendiſse, ſeu aliquem Cappellanum noſtrum, vel familiarem fuiſse, vel alia ſimilia, ſuper quibus gratia, vel intentio noſtra fundatur feciſse narramus, cenſemus ſuper ſic narratis fidem pendentiam adhibendam (1). Volentes ad præterita, & pendentia (etiam per appellationem) negotia, hoc extendi.

[1] Verba litterarum, Apoſtolicarum, quibus Romanus Pontifex proprium factum narrat plenariam conſtituunt probationem ſi ſuper illis ejus fundatur gratia, vel intentio; etiamſi verba merè præſuppoſitiva, & non diſpoſitiva videantur.

Nicolaus Bellon. Conſil. 36. n. *6.*

Jaſon. Conſil. *65*.n. 13. To.3.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.2.

Amoſtaz. de Cauſ. Piis lib. 7. Cap.*9*. n.4.

Lauræa in Epitom. Cbnon. Verb. Literæ Apoſtolicæ pag. 50*9*.

Capon. diſcept. forenſ. 401. Concluſ. 3. n. 21. To. 5.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus, ſuper hac *Clement. Litteris* Verb. litteris.

Petrus de Ancharano ſuper eadem Clement. n. 1.

Cortada deciſ. 3. n.39.n.1.

Rota deciſ.330.n.7.coram Seraphino.

In Nuperrim. deciſ. 320. n. 4. To. *6.*

Derthonen.Commemorationis Defunctorum 7. Februarij 1729. §. Prior coram Card. Aldrovando.

Sciendum eſt, quod etiamſi Papa ſuper his, in quibus ejus fundatur intentio, narret de facto alieno, non vero de facto prædeceſſorum ſuorum; ſi hoc facit, non ad alterius petitionem, ſed motu quidem proprio, talis utique probatio plenam facit probationem, quamvis poſſit con-

Digitized by Google

contrarium probari.

Lapus de Tuctis Abbas S. Miniati ſuper Sext. & Clement. in hac *Clement. Litteris* n. 1.

Rota deciſ. 154. n. 4. par. 2. Diverſor.

Poſt Paitel. deciſ. 19. n. 49.

Coram Puteo deciſ. 100. lib. 3.

Coram Ludoviſio deciſ. 239. in Notis ſub litt. B.

Potiſſimum ſi ſuper hujuſmodi narrativa diſponat.

Rota deciſ. 1016. n. 8. coram Seraphino.

Papæ verbis narrativis quando credatur.

Vide late Gabriel. de probation. concluſ. 2. n. 43. cum multis ſeqq.

Maſcard. eod. tit. Concluſ. 1227.

Cortiada deciſ. 3. n. 46. cum plurib. ſeqq.

Rota deciſ. 239. in Notis coram Ludoviſio.

TITULUS VIII.

De Teſtibus.

CAPIT. I.

CUM Judæi quidam, & Saraceni (ſicut accepimus) quod ſuper civilibus, aut criminalibus convinci per Chriſtianos non poſſint (1), ſe privilegiis Regum, & Principum tueantur (2): quia id nedum juri contrarium, ſed & Chriſtianæ religioni opprobrioſum eſt quam plurimum, & adverſum: Reges eoſdem, & Principes in Domino exhortamur, ne concedant hujuſmodi de cetero privilegia, vel ſervent, aut ſervare permittant etiam jam conceſſa. Quod ſi Judæi aut Saraceni privilegiis talibus uti præſumpſerint, Chriſtianorum communio eis ſubtrahatur (3), ſic quod Chriſtiani ab eorum abſtinere communione cenſura Eccleſiaſtica (ſi opus fuerit) compellantur.

(1) Per Teſtes Chriſtianos convinci poſſunt Judæi, & Saraceni.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit. 21. num. 20. pag. 151.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Teſtes pag. 829.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Can. Verb. Teſtis p. 634. n. 4. tom. 3.

Felin. ſuper Decretal. lib. 2. tit. 20. cap. 21. pag. 598.

[2] Procedit non obſtantibus contrariis Privilegiis Regum, & Principum.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus, ſuper hac Clement.in Notis Verb.Cum Judæi.

Petrus de Ancharano in ead. Clement. n. 1.

(3) Judæis qui Regum, & Principum privilegiis utuntur pro repellendis Chriſtianis a teſtimonio contra ipſos ferendo, ſubtrahitur Chriſtianorum commercium.

Andreæ Joannes in loco ſuperius citato.

Animadvertendum eſt, quod quamvis Chriſtiani contra Judæos recipiantur in teſtes, poſſunt tamen per exceptionem criminis per eos a teſtimonio repelli.

Felin. ſuper Decretal. lib. 2. tit. 20. cap. 21. n. 7. pag. 599.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus, ſuper hac Clementin. in Notis Verb. Chriſtianos.

Abbas Panormitanus ſuper hac met Clementina n. 1.

Nota quod teſtes infideles nullam contra Chriſtianos mærentur fidem; ideoque repelluntur a teſtimonio ferendo.

Rota deciſ. 582. n. 3. coram Remboldo.

Paderbonen Canonicatus 22. Martii 1734. §. Deſpiciendum coram Cardinali Calcagnino.

CAPIT. II.

TEſtibus ritè receptis, & eorum atteſtationibus publicatis, ſicut non licet ſuper eiſdem, vel directè contrariis articulis alios vel eoſdem teſtes in principali cauſa producere (1); ſic non debet in appellationis cauſa licere (2): Cum non minus in appellationibus, quàm in principali cauſa ſubornatio ſit timenda.

[1] Publicatis atteſtationibus teſtes eiſdem ſuper articulis, vel directè contrariis produci non poſſunt in principali cauſa.

Marian. Socin. in tractat. de Teſtib. n. 113.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 1.

Alberic. de Maletis in tractat. de Teſtib. part. 1. Cap. 7. n. 113.

Hercul. Severol. de Remiſſion. cap. 15. n. 1. & ſeqq. pag. 32.

Loncellot. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 14. §. Elapſis pag. 339.

Rota in recent. deciſ. 41. n. 1. & ſeqq. & n. 25. par. 7.

Coram Bichio deciſ. 75. n. 10.

Aſſiſien. prætenſæ Immiſſionis

nis 6. Maii 1763. §. 18. coram De Zelada.

[2] Procedit etiam de Jure Canonico in cauſa appellationis, ob timorem ſubornationis.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 20. & 21. § 4. n. 49.

Andreæ Joannes a Patre Andrea ita cognominatus ſuper hac Clementin. in notis Verb. Teſtibus.

Lancellot. Inſtit. Canon. in loco ſupra citat.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Teſtes qui.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 7. Verb. eod. n. 8. tom. 3.

Nota, quod hujus Clementinæ diſpoſitio ceſſat, parte conſentiente.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 4.

TITULUS IX.

De jurejurando.

CAPIT. UNICUM.

ROmani Principes Orthodoxæ fidei profeſſores Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, cujus caput eſt Chriſtus Redemptor noſter, ac Romanum Pontificem ejuſdem Redemptoris Vicarium fervore fidei, & claræ devotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, a quo approbationem (1) Perſonæ ad imperialis celſitudinis apicem aſſumendæ (2), necnon unctionem, conſecrationem (3), & imperii coronam (4) accipiunt, ſua ſubmittere capita non reputarunt indignum, ſeque illi, & eidem Eccleſiæ, quæ a Grecis imperium tranſtulit in Germanos (5), et a qua ad certos eorum principes jus, & poteſtas eligendi Regem in Imperatorem poſtmodum promovendum pervenit (6), adſtringere vinculo juramenti, prout tàm mos obſervantiæ antiquæ temporibus noviſſimis renovatæ, quàm forma juramenti hujuſmodi ſacris inſerta canonibus manifeſtant.

Dudum ſanè inter quondam Henricum Imperatorem tunc Romanorum Regem, & chariſſimum in Chriſto filium

conſtitutioni præſenti aliqua breviter annecteremus. Dictus namque Henricus quam primum fuit in Regem Romanorum electus, ſolemnes ad nos Nuntios deſtinavit dans eis per ſuas patentes plenum, & ſpeciale mandatum exponendi nobis pro eo devotionem ipſius, & reverentiam filialem, quam ad nos, & Romanam Eccleſiam ſincera gerere ſe dicebat affectu: necnon petendi, & impetrandi a Nobis favorem, & gratiam conſuetos: offerendi quoque Nobis, & præſtandi pro eo, & in ipſius animam debitæ Nobis, & eidem Eccleſiæ fidelitatis, & cujuslibet alterius generis juramentum, ac nihilominus petendi a Nobis per noſtras ſibi manus impendi unctionem, conſecrationem, (9) & Romani Imperii diadema. (10) Præfatis itaque Nuntiis in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis ac ſecundum dicti tenorem mandati Avinione, ubi tunc eramus cum noſtra Curia reſidentes, in publico conſiſtorio, in quo erat prælatorum, & aliorum tàm Clericorum, quàm Laicorum non modica multitudo, præmiſſis per eos coram Nobis expoſitis ſupplicando petitis humilitèr & oblatis. Nos eodem mandato, & decreto electionis ejuſdem Henrici ex parte Principum tàm Eccleſiaſticorum, quâm Sæcularium, qui eumdem elegerant Nobis perdictos Nuncios præſentatis plena cum eiſdem fratribus deliberatione diſcuſſis, factaque nobis de electione concordi, & legitima plena fide, examinata quoquè perſona ipſius Henrici, prout abſentia patiebatur ejuſdem, & de ipſius fide, probitate, & aliis, quæ in perſona Imperatoris ſunt merito requirenda cum pluribus prælatis, & aliis magnæ auctoritate Viris, qui ejuſdem Henrici mores, conditionem, & ſtatum pleniùs noverant, inquiſita ejuſque perſona, cujus etiam Nos, & fratres noſtri aliqualem priùs notitiam habebamus, propter quod faciliùs tranſivimus in examinationem hujuſmodi, idonea reputata ipſum nominavimus, denuncia-

ciavimus, & declaravimus regem Romanorum ipſius approbantem Perſonam, eumque ſufficientem, & habilem declarantes ad ſuſcipiendam imperialis celſitudinis dignitatem, ac decernentes unctionem, conſecrationem, imperiique Romani coronam ſibi per manus noſtras deberi concedi: Et ſubſequentèr a præfatis Nunciis ſufficiens ad hoc ab eo (ut præmittitur) mandatum habentibus ſecundum formam in decretis, quæ incipit: Tibi Domino comprehenſam, fidelitatis recipimus juramentum. (11) Poſtque idem Henricus conſecrationis,& coronationis ſuæ tempore aliud ejuſdem Cardinalibus,quos ad impendendum ſibi hujuſmodi conſecrationis, & coronationis inſignia miſeramus ad Urbem, (12) illud noſtro nomine recipientibus juramentum præſtitit corporale(13) quod in Libro Pontificali Romano præſtandum Pontifici per Imperatorem coronationis ſuæ tempore continetur: (14) cujus tenor dignoſcitur eſſe talis: Ego Henricus Romanorum Rex, annuente Domino, futurus Imperator promitto ſpondeo, & polliceor, atque juro coram Deo, & Beato Petro me de cætero protectorem, procuratorem, & defenſorem fore Summi Pontificis, & hujus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus neceſſitatibus, & utilitatibus ſuis cuſtodiendo, & conſervando poſſeſſiones, honores, & jura ejus quantum divino ſuffultus adjutorio fuero, ſecundum ſcire, & poſſe meum recta, & pura fide: ſicme Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Cæterum quin juramenta hujuſmodi fidelitatis exiſtant a retro Romanis principibus non fuit hactenùs hæſitatum, immò tàm quondam Albertus Rex Romanorum immediatus prædeceſſor memorati Henrici Bonifacio Papæ VIII. prædeceſſori noſtro tempore approbationis ejuſdem Alberti, quam Rodulphus pater ipſius, & aliii Prædeceſſores ejuſdem Romanorum Reges diverſis noſtris prædeceſſoribus juramentum fidelitatis, & obe-

& obedientiæ præſtiterunt. Idemque Bonifacius memoratum Albertum juramento hujuſmodi ab eo recepto de fratrum ſuorum conſilio (præſente prælatorum, & aliorum multitudine copioſa) auctoritate Apoſtolica recepit in ſpecialem ſuum filium, & Eccleſiæ mæmoratæ ipſumque in Regem Romanorum aſſumpſit in Imperatorem poſtmodum promovendum. Verum quia ſæpefatus Henricus, qui in proximis diebus fuit de hac luce ſubtractus, non virtutem, & mentem, ſed nudus verborum inſectans corticem, ſenſumque confundens juramenta reſtringendo prædicta curioſa videbatur aſſerere (ut præfertur) illa ad debitum fidelitatis hujuſmodi non extendi; novo morbo curioſitatis hujus luculentæ veritatis antidotum præſentis declarationis oraculo providimus apponendum. Quia ergo capitulis juramento fidelitatis contentis ſollicita meditatione penſatis, ipſa capitula in præfatis, Imperatoris juramentis quantum ad effectum, mentem, & virtutem ipſorum non eſt dubium contineri: Nos præmiſſis, & aliis rationibus, ne quis in Romanum aſſumptus principem, vel impoſterum aſſumendus, an juramenta hujuſmodi per dictum Henricum Imperatorem præſtita, & per ſucceſſores ipſius in futurum præſtanda fidelitatis exiſtant in dubitationem deducere audeat, vel ſuper his contrarium aſtruere veritati, auctoritate Apoſtolica de fratrum noſtrorum conſilio declaramus, illa juramenta prædicta fidelitatis exiſtere, & cenſeri debere. (15)

Porrò præter juramenta prædicta idem Henricus ſuorum inherens prædeceſſorum veſtigiis priuſquàm ingrederetur Italiam (16), vel ibidem jura aliqua exerceret ſub teſtimonio ſuarum patentium litterarum in manibus dilecti filii Joannis de Mollianis ſcholaſtici Eccleſiæ Tullen. Cappellani noſtri ad hoc ſpecialiter per nos miſſi Noſtro, & præfatæ Eccleſiæ nomine recipientis

tis

tis promiſit, & tactis Sacroſanctis Evangeliis juramento firmavit, quod eandem Eccleſiam, & fidem Catholicam pura fide, totiſque viribus conſervaret reverentèr, & etiam defenſaret; omnemque hæreſim, ſchiſma, & hæreticos, quoslibet fautores, receptatores, & defenſores ipſorum exterminaret pro poſſe: ac numquam cum Saraceno, Pagano, Schiſmatico, ſeu alio quolibet communionem Catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio præfatæ Eccleſiæ inimico, vel rebelli, ſeu eidem manifeſtè ſuſpecto unionem aliquam, ſeu parentelam, aut confœderationem iniret, ſeù tâm noſtram, quâm ſucceſſorum noſtrorum perſonas honorare, & ſtatum manuteneret, defenderet, & conſervaret contra omnes homines cujuſcumque exiſterent preæminentiæ, dignitatis, vel ſtatus. Eidem etiam adiiciens juramento, quod manuteneret ſemper, atque ſervaret privilegia omnia per prædeceſſores ſuos Reges, ac Imperatores Romanos præfatæ Romanæ, & aliis quibuslibet Eccleſiis quocumque conceſſa tempore, & continentiæ cujuſcumque. Ipſaque omnia, & ſpecialitèr, ac præcipuè per clar:mem:Conſtantinum (17), Carolum, Henricum, Otthonem quartum, Fridericum ſecundum, ac Rodulphum prædeceſſores ipſius ſuper conceſſione, recognitione, advocatione, adnotatione, quitatione, & libera dimiſſione terrarum, & provinciarum Romanæ Eccleſiæ ubilibet poſitarum, quarum etiam multas nominatim expreſſit: Sedi Apoſtolicæ, Romaniſque Pontificibus ſuper quocumque tenore conceſſa recognovit, confirmavit, & ex certa ſcientia innovavit, ac etiam de novo conceſſit: & terras ipſas, atque provincias recognovit ad jus, & proprietatem ipſius Eccleſiæ pleniſſimè pertinere: eaſque nihilominus ex abundanti de novo Eccleſiæ, præfatæ donavit, ſub prædicto ſe obligans juramento, quod ipſas, aliquamve ipſarum par-

Digitized by Google

partem nullo unquam tempore occuparet, ſeù quantum in eo eſset ab alio permitteret occupari: Nec in eis, aut aliqua parte ipſarum jura aliqua, poſseſsiones, aut tenutas haberet, ſeù quomodolibet poſſideret: nec in eis etiam poteſtariæ, ſeù cujuſvis capitaniæ aut jurisdictionem quamcumque per ſe, vel per alium exerceret: quodque (ut princeps Catholicus, & ſæpedictæ Eccleſiæ advocatus, atque defenſor) ipſam juvaret, & conſiliis, & auxiliis, illi aſſiſteret opportunis contra quoſcumque inobedientes, & rebelles eidem: & præcipuè contra occupantes, ſeù turbantes terras prædictas, ſeu provincias, vel partem quamlibet earumdem. Sub eodem etiam juramento promiſit, quod tâm ipſam Romanam Eccleſiam, quâm alias Eccleſias, libertatem Eccleſiaſticam, bona, jura, prælatos, & miniſtros Eccleſiarum ipſarum manuteneret, conſervaret, atque defenderet ſuo poſſe: Et quod Eccleſiæ Romanæ Vaſallos contra juſtitiam nullatenus offenſurus, devotos, ac fideles Eccleſiæ, etiam in imperio conſtitutos benignè tractaret, nec eos opprimeret contra juſtitiam, aut [quantum in eo eſſet] per alium opprimi ſuſtineret, ſed in ſuis potiùs juribus, & juſtitiis conſervaret. Hoc quoquè juramentum, & etiam priſtinum pro eo Nobis per ſuos Nuncios (ut præmittitur) præſtitum, receptis ſuæ Coronationis inſigniis innovavit, prout in patentibus antè coronationem (18) ipſam ejus regio magno ſigillo (19), & aliis poſt coronationem eamdem ejus imperiali aurea bulla (20) munitis indè confectis litteris (quas in Archiviis Romanæ Eccleſiæ reponi, & diligenter conſervari fecimus) pleniùs continetur.

[1] Electus in Imperatorem approbationem accipit a Romano Pontifice.

Cardinalis Zabarella ad hanc Clementin. Romani n. 2. ſub lit. C.

Caſtald. de Imperator. quæſt. 18. n. 2. & 7. ubi quod Papa talem approbationem facit etiam per Legatum ſuum.

[2] Papæ ſuprema auctoritas Imperialem tranſtulit celſitudinem.

Adden. ad deciſ. 2. §. 17. n. 12. par. 3. recent.

[3] Papa conſecrat Imperatorem, inungit, & ſuis manibus coronat.

Cardinalis Zabarella in hac Clem. Romani §. Nos itaque n. 10.

Vid. Collect. Bullar. Baſilic. Vatican. To. 1. pag. 351.

Pax Jordan. Elucubr. Diverſ. tom. 1. lib. 5. tit. 6. n.6.

[4] Sciendum eſt, quod triplici corona Imperator olim coronabatur, quarum altera erat argentea quam recipit ab Archiepiſcopo Colonienſi in Eccleſia B Mariæ de Aquiſgrano Leodien. Diæceſis. Secunda erat ferrea, quam ingreſſus Italiam recipiebat a Mediolanenſi Archiepiſcopo in Eccleſia B. Joannis de Modoetia. Tertia denique erat de puro auro, qua per Papam coronabatur in Eccleſia Sancti Petri ad Altare Sancti Mauricii. Corona ferrea fortitudinem deſignat qua vincere debet rebelles, & infideles conculcare. Argentum, quo ſupradicta corona componitur, deſignans mundiciam, & claritatem, ſignificat ipſum Principem talem eſſe debere. Deſignat denique aurum tertiæ coronæ, quod eſt omnibus metallis excellentius, ipſum Imperatorem debere aliis Regibus, & Principibus in potentatu, & juſtitia eſſe excellentiorem.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus ſuper hac *Clementin. Romani* in notis Verb. Veſtigiis, & habetur ex Regiſtr. Epiſtol. Secret. An. 2. Innoc. VI. fol. 24. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

(5) Papa imperium a Græcis in Germanos tranſtulit.

Text. in cap. Venerabilem de Elect.

Theſaur For. Eccleſ. Par. 1. Cap. 1. n. 18. & 26.

Jo. Hieronymus Albani Cardinalis in tractat. de Pontific. poteſt. inter Tract. Magn. tom. 13. n.103.

Radevic. lib. 9. Cap. 9.

Engel in Jus Canon. lib. 1. tit. 15. n. 5.

Lotter. de Re Benef. lib. 3. quæſt. 30. n. 39.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. To. 2. Verb. Imperator erga Papam §. 2. n. 2. pag. 445.

Adden. ad deciſ. 2. n. 6. §. Porro par. 3. recent. pag. 25.

(6) Papa jus & poteſtatem Germaniæ Principibus conceſſit eligendi Imperatorem.

Vid. Baron. Annal. Eccleſ. anno Chriſti 996.

Engel. in Jus Canon. lib. 1. d. tit. 15. n. 6.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Imperator erga Papam pag. 446.

Caſtald. de Imperator. quæſt. 8. num. 14.

Pignatell. Conſult. Canon. 67. n. 147. tom. 9.

Theſaur. For. Eccleſ. par. 1. Cap. 1. n. 16.

(7) Clemens hujus nominis Quintus dum in Civitat. Avenion.

mo.

moram trahebat litteras direxit quinque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in urbe morantibus ſuper pace pertractanda inter Robertum Apuliæ Regem, & Comitem Lucemburgenſem in Romanorum Regem electum HENRICUM VII. appellatum.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina Romani n. 2.

Ex Regeſtr. Clem. V. Ann. VI. Epiſt. 754. fol. 186. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

(8) Nota quod Procurator ad jurandum debet ſpeciale habere mandatum aliàs jurare non poteſt.

Benedict. Capra ſuper hujuſmodi Clement. *Romani*. n. 20.

Andreas Barbacia ſuper hac Clement. *Romani* n. 6. pag. 85.

Cardinal. Zabarella ſuper eadem Clement. §. Nos itaque n. 4.

Rota in recent. deciſ. 447. n. 33. ro. 5. par. 2.

(9) Imperator tria ab Eccleſia, ſeù a Papa recipit, nempè unctionem, conſecrationem, & diadema.

Andreas Barbacia ſuper hac Clement. n. 10.

Pignatel. Conſult. Canon. 67. n. 162. tom. 9.

(10) Not. quod Diadema propriè dicitur corona Imperialis, vel regia, & differt tàm a ſerto, quod fit de floribus inſertis, quàm a Corona, quæ dicitur circulus Capitis, & fit de quolibet metallo. Diadema verò ſolùm de auro, & lapidibus prætioſis.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus, ſuper hac Clementin. *Romani* in Or. Verb. Diadema.

Caſtald. de Imperator. quæſt. 33. n. 3.

[11] Sciendum eſt, quod Imperator antequam a Romano Pontifice Diadema ſuſcipiat jurat ſe ipſius Pontificis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ perpetuum Patronum, propugnatorem, & protectorem futurum, ut in formula juramenti de qua *in can. tibi Domine*.

Engel. in Jus Canon. lib. 1. tit. 15. n. 5.

Lotter de Re Benef. lib. 3. quæſt. 30. n. 40.

Pignatel. Conſult. Canon. 67. n. 178. tom. 9.

Notandum, quod ſi Imperator, ultra primum, quod tempore confirmationis, & approbationis preſtitit juramentum ſecundum recenſitam formam *tibi Domino*, aliud præſtet tempore ſuæ Coronationis, in hoc quippè caſu primum preſtat ut Rex Romanorum, alterum verò ut Imperator, quia ſicuti duplicem ræpreſentat Perſonam ita duplici aſtringitur juramento.

Andreas Barbacia ſuper hac Clementin. n. 16.

[12] Papa mittere poteſt ad Urbem Legatos ad impendendum Imperatori conſecrationis, & coronationis inſignia, prout accidiſſe narrat text. in hac Clementin. *Romani* cum HENRICO. VII.

Benedict. Capra ſuper hac Clementin. n. 33.

Caſtald. de Imperator. quæſt. 26. n. 1.

26. n. 1.

Pignatel. Conſult. Canon. 67. n. 172. tom. 9.

Hujuſmodi vero delegatio demandata fuit quinque Cardinalibus, nempe Arnaldo Sabinen. Apoſtolicæ Sedis Legato, Leonardo Albanen., & Nicolao Oſtien. Epiſcopis; nec non Francisco Sanctæ Luciæ in Silice, & Lucæ S. Mariæ in Via Lata Diaconis Cardinalibus; ut habetur.

Ex Regeſtro Clem. V. anni VI. Ep. 754. fol. 186. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

(13) Juramentum exigi poteſt per Nuncium, ſeu Procuratorem & illi videtur juratum, cujus nomine juratur.

Fagnan. in cap. Significaſti de Elect. n. 4.

(14) Juramentum quod præſtatur ab electo in futurum Imperatorem per ſuos Nuncios ſpeciales legitur, & traditur in libro Ceremon. de quo meminit Text. in hac Clem: *Romani*.

Caſtald. de Imperator. quæſt. 13. n. 9.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Imperator erga Papam fol. 447.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. to. 2. pag. 446. n. 7.

Leo Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 10. n. 13. pag. 241.

(15) Juramentum, quod ab Imperatore Papæ preſtatur, eſt fidelitatis.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 30. n. 40.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Imperator erga Papam pag. 447.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. in loco ſupra citato.

(16) Henricus VII. ingreſſus Italiam recepit coronam argenteam in Eccleſia Sancti Ambroſii, non vero B. Joannis de Modoetia.

Andreæ Joannes (a Patre Andrea ita cognominatus) ſuper hac Clement. Romani in Not. Verb. Veſtigiis.

[17] Imperatores juramentum quoque ſuſcipiunt de donatione Conſtantini non infringenda.

Andrêas Barbacia ſuper hac Clement. n. 16. fol. 87. a tergo.

Jo: Hieronym. Albani Cardinal. de donation. Conſtantini impreſſ. inter Tract. Magn. to. 15. par. 2. n. 9; quo loci idem Author aperte demonſtrat nedum arrogantiam illorum, qui de hujus donationis invaliditate nonnumquam ſcribere auſi ſunt; verum etiam damnat hæreticos illos, qui affirmare non verentur hanc fuiſſe inane quoddam figmentum.

(18) Henrici VII. Coronatio contigit anno 1308.

Raynald. addictum annum 1308. n. 19. & ſeq.

Fuit vero ſacra linitus unctione non in Vaticana, uti moris erat, in Altare S. Mauricii.

Andreæ Joannes ſuper hac Clement. in loc. ſupracit.

Caſtald. de Imperator. quæſt. 24. n. 1.

Vid. Collection. Bullar. Baſilic.

Va-

Vatican. tom. 1. pag. 354. in Notis lit. *B.*

Sed in Eccleſia Lateranenſi, ex quo Henricus poſt diu expectatum aſſenſum Roberti Apuliæ Regis, qui inunctionem hujuſmodi diſturbandam curabat, ſuo deficiens propoſito, ſollicitavit Cardinales, ut ſe apud Lateranum contra Pontificiam Conſtitutionem auream imponerent coronam.

Albertinus Muſſatus in libr. 8. de geſtis Henrici VII.

Not. quod Imperator non linitur ſacra Unctione in Altare D. Petri, dum in eo ſolus Papa conſecratur.

Caſtald. de Imperator. quæſt. 24. n. 1.

[19] Imperator ante coronationem non utitur aurea Bulla, ſed ſigillo, ſic & Papa alia utitur Bulla ante coronationem quam poſtea.

Andreæ Joannes ſuper Clementina in Not. Verb. Aurea Bullæ

Abbas Panormitanus ſuper hanc Conſtitutione n. 19.

[20] Not. 1. quod Bulla aurea dicitur a ſigillo aureo ab ipſa pendente.

Girald. ad Theſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. Cap. 1. §. Hoc quidem pag. 222.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Breve, Bulla n. 7.

Not. 2. quod Bulla aurea varia continet Capitula, Decreta, & Conſtitutiones perpetuo valituras ex certa Sententia, & de imperialis plenitudine poteſtatis.

Caſtald. de Imperator. quæſt. 8. n. 14. quo loci ſummatim per capita illam refert. in Tract. Magn. tom. 23. fol. 38.

TITULUS X.

De Exceptionibus.

CAPIT. UNICUM.

Excommunicationis exceptio dilatoriæ in qualibet parte litis opponi poteſt, (1) termino peremptorio per judicem aſſignato ad proponendum exceptiones declinatorias, & dilatorias, non obſtante. (2) Servata tamen Conſtitutione felicis recordationis Innocentii Papæ Quarti edita circa hoc in Concilio Lugdunenſi. (3)

(1) Excommunicationis exceptio licet ſit dilatoria opponi tamen poteſt & ante, & poſt litem conteſtatam.

Andreas Barbacia ſuper hac Clement. Verb. Excommunicationis n. 1. fol. 90.

Lapus de Tuctis Abbas S. Miniati

Digitized by Google

niati ſuper ead. Clement. n. 1.

Petrus de Ancharano ſuper dicta Clement. pag. 86. n. 3.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit. 25. n. 3. pag. 168.

Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 7. n. 77.

(2) Procedit non obſtante termino peremptorio per Judicem ad proponendum exceptiones declinatorias, & dilatorias aſſignato.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Exceptio pag. 351.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. to. 2. pag. 246. n. 15.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 2.

[3] In opponenda excommunicationis exceptione ſervanda eſt Innocentii IV. Conſtitutio.

Vuames Conſil. 140. n. 2. tom. 1. pag. 242.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 8. §. Sed cum. pag. 295.

TITULUS XI.

De Sententia, & re judicata.

CAPIT. PRIMUM.

UT calumniis litigantium occurratur, is., qui in beneficiali, vel alia quavis cauſa tres (1) contra ſe in petitorio, vel poſſeſſorio ſententias reportavit, ad agendum de nullitate ipſarum, vel alicujus ex eis nullatenus admittatur, (2) donec hujuſmodi ſententiæ plenariè fuerint executioni mandatæ. Similitèr ſi ille, contra quem tres ſententiæ diffinitivæ latæ fuerint ab interlocutoria, (3) vel gravamine ante prolationem ipſarum, vel earum alicujus ſe appellaſſe, & cauſam appellationis hujuſmodi adhùc pendere proponat; ſententiarum prædictarum executionem tali pretextu nolumus impediri. Quæ ad cauſam qualitercumque etiam per appellationem pendentes duximus extendenda.

[1] Ex hujuſmodi Clementinæ diſpoſitione quemadmodùm tres ſententiæ conformes in petitorio, vel poſſeſſoris latæ rem conſtituunt judicatam; ita ſunt omninò executioni demandandæ.

Ventriglia in Prax. For. Eccleſ. part. 1. annot. 35. in princip.

Car.

Cardinal. de Luc. de Juriſdict. diſc. 38. n. 19. & 20.

Covar. practic. quæſt. cap. 16. n. 9. tom. 2. pag. 487.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. pag. 571. n. 71.

Rota deciſ. 64; deciſ. 186. utrobiq. n. 1., & deciſ. 343. pariter n. 1. coram Criſpo.

Placentina Pecuniaria 20. Junij 1719. §. In dubium coram Cardinal. Cincio.

Ferentina Tranſactionis 9. Junij 1747. §. 2. coram Eminentiſſimo Molino.

Procedit etiamſi latæ appareant non ſucceſſive, una nempe poſt aliam, ſed media inter utramque intercurrat ſententia.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina ſub n. 2.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 18. n. 108.

Mareſcot. Var. reſol. lib. 1. cap. 86. n. 20.

(2) Nota quod exceptio nullitatis, aut reſtitutionis in integrum adverſus tres ſententias conformes non admittitur.

Caval. Commun. contra Commun. quæſt. 830. n. 55.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Sententia pag. 794.

Lotter. de re Benef. lib. 3. dict. quæſt. 18. n. 83.

Rota deciſ. 284. n. 2. to. 4. coram Cardinal. Creſcentio.

Coram Cardinal. Tanario deciſ. 223. n. 1. tom. 2.

Limit. 1. quando ex actorum inſpectione, ſeu proceſſu apprime conſtat de ſententiarum nullitate, quæ impedit, quominus ex illis oriatur res judicata.

Anſald. Conſil. 47. n. 21.

Ferret. Conſil. 366. n. 31. lib. 2.

Mandell. Conſil. 192. n. 15.

De Seraphinis de Privileg. juramenti privileg. 4. n. 60.

Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 25. n. 461

Melchior. de Valent. quæſt. Illuſtr. lib. 2. tract. 2. cap. 6. n. 14.

Rota deciſ. 53. n. 1. coram Caprara.

Urbinaten. Legati 27. Junij 1732. §. 2. coram Cardinal. Millino.

Romana Pecuniaria 3. Decembris 1745. §. 2. Eminentiſſimo Molino.

Limit. 2. Si nullitas proponatur ex Juriſdictionis defectu.

Alexand. Conſil. 77. n. 8.

Cæphal. Conſil. 708. n. 14. Tom. 5.

Covar. practic. quæſt. cap. 25. n. 4.

Lotter de re Benef. lib. 3. quæſt. 18. n. 109.

* Petrus de Ancherano ſuper hac Clement. *Ut Calumiis* n. 5.

Rota deciſ. 284. n. 2. tom. 4. coram Cardinal. Creſcentio.

Advertendum tamen eſt, quod hujuſmodi nullitas adeo debet eſſe manifeſta, ut nullimode removeri poſſit, alias non eſt illius deductio admittenda niſi poſt conſumtam executionem.

Lotter. de re Benef. lib. 3. d. quæſt. 18. n. 110.

(3) Ex-

(3) Executio triu ſententiarum conformium non valet retardari quamvis eſſet ab interlocutoria appellatum ante tertiam ſententiam, eaque poſtmodum lata, appellationis cauſa alteri committi peteretur.

Petrus de Ancherano ſuper hac Clementin. *Ut Calumniis* n. 5.

Mareſcot. Var. reſol. lib. 1. cap. 86. n. 19.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 3.

Not. 1. quod hujuſmodi Clementina *Ut Calumniis* locum etiam habet, ubi ex Statuto duæ conformes habent vim trium.

Pariſ. Conſil. 109. n. 15. lib. 4.

Odd. de Reſtit. in Integr. quæſt. 43. artic. 3. n. 61.

Cævall. quæſt. Commun. contra Commun. quæſt. 830. n. 51. to. 2.

Mareſcot. Var. reſol. lib. 1. d. cap. 86. n. 21.

Rota deciſ. 87. n. 17. coram Manzanedo.

Not. 2. quod Clementina iſthæc loquitur ſolum quoad effectum ſuſpenſivam in præjudicio irreparabili ante executionem, non vero illa peracta, quia in hoc caſu recto jure poteſt Judex de ſententiarum nullitate cognoſcere.

Coeval. practic. quæſt. Commun. contra Commun. quæſt. 808. n. 97. tom. 2.

Not. 3. quod quando res eſt de præjudicio irreparabili tunc locus non eſt diſpoſitioni recenſitæ Clementinæ.

Coeval. in d. quæſt. 808. n. 103.

CAPIT. SECUNDUM.

PAſtoralis cura ſolicitudinis Nobis divinitus ſuper cunctas Chriſtiani populi nationes injuncta, nos invigilare remediis ſubjectorum, eorumdem periculis obviare, & ſcandala removere compellit. Sanè cum jamdudum inter quondam Henricum Imperatorem Romanum, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Robertum Siciliæ Regem, gravis fuiſſet materia exorta: aſſerente deindè Imperatore prædicto, quod cum quibuſdam ipſius Subditis rex confæderationes, & conſpirationes fecerat in ipſius majeſtatis offenſam: Quodque tractaverat, & ordinaverat, ut Civitates quædam ſub imperii, & Imperatorem ejuſdem obedientia conſiſtentes contra eum, & imperium rebellarent, genteſque ſui ipſius fultæ ſubſidio, nonnullas alias imperii Civitates, & Caſtra (indè vio-

violentèr ejectis ipſius Imperatoris officialibus) occuparunt, & pro ipſo rege occupata tenebant. Ac aliâs etiam in Urbe, & alibi imperii, & Imperatoris ejuſdem contemptum, & ſuæ majeſtatis injuriam, & reipublicæ detrimentùm multa gravia fuerunt per regem eumdem, ac malitiam, & inſtigationem ipſius tâm a ſuis ſtipendiariis, quâm a Subditis Imperatoris commiſſa. Præhabitis per Imperatorem eumdem quibuſdam proceſſibus contra eumdem abſentem tamen quamvis legitimè (juxta Imperatoris aſſertionem) citatum, ac quod ſupradicta erant notoria per imperialem interlocutoriam declarato: Imperator ipſe regem affirmans propter præmiſſa læſæ majeſtatis criminis reum eſſe, in eum peremptoriè (ut dixit) & ſufficientèr citatum, ſed comparere contumacitèr recuſantem, tamquam rebellem, proditorem, & hoſtem imperii, ac reum criminis ſupradicti privationis omnium dignitatum quocumque comprehenſarum titulo, & quibus ſe intitulabat rex ipſe, auctoritatum quoque honorum, provinciarum, terrarum, bonorum, jurium, & juriſdictionum tâm perpetuòrum, quâm temporalium, & ſi quando veniret in ſuam, & imperii fortiam, mutilationis etiam capitis (1) ſententiam promulgavit, omnem ſupplendo defectum, ſi quis forſitan fuerat ex ſolemnitate juris omiſſus in proceſſibus mæmoratis, præmiſſa (ut aſſeritur) faciens exigente juſtitia, & de imperiali etiam poteſtate. Verùm quia hujuſmodi ſententia, quæ non a diſcretione matre virtutum, (2) ſed a noverca (3) juſtitiæ voluntaria ſcilicèt judicantis præcipitatione proceſſit, partus forſan ſe deteriores haberet, ſi ipſius ſententiæ inefficacia in pubblicum præcone juſtitia non prodiret. Nos circa eam tali uti proviſione volentes, quæ (detectis ipſius defectibus) ſeminata per eam extinguat pericula, & in ratione reddenda ſit poſteris profutura: ipſam ſubiicien-

 dam

Digitized by Google

dam eſſe providimus limæ juſtitiæ, ac rectæ libramini rationis. Ejuſdem igitur cauſis continentia, necnon conditione illorum, a quo, & in quem lata fuit, diligenti, & debita conſideratione penſatis patentèr ex eis illi adſtruitur evidentia nullitatis, & manifeſtè arguitur temeritas promulgantis. (4) Notorium quippè, ac indubitatum extitit, quod grandis Exercitus tempore dictorum Proceſſuum, & Sententiæ, continuo Imperatori aſſiſtens Regem ipſum, & ſuos perſequebatur odio capitali. Piſanaque Civitas, in qua lata fuit mæmorata Sententia, Regem capitali habebat odio notorio, & antiquo. (5) Eſto igitur, quod Rex ipſe aliàs ad præmiſſa fuiſſet legitimè per Imperatorem citatus, numquid venire debuit ad Judicem Exercitus feroci, ac grandi ipſique citato (ut præmittitur) odio ſtipatum? Numquid etiam debuit comparere in loco (6) admodùm populoſo, multum potenti, ac præfato in eum odio provocato? Quis enim auderet, vel qua ratione audere aliquis teneretur conſiſtorii (7) talis ſubire judicium, & ſe in hoſtium ſinu reponere, ac ad mortem per violentam injuriam, non per juſtitiam inferendam ultroneum ſe offerre? Hæc quidèm jure timentur, hæc de more vitantur, hæc humana fugit ratio, hæc abhorret natura. Deſiperet igitur qui citationem hujuſmodi ſaperet arctaſse citatum. (8) Ut illud tamquam notiſſimum nullatenus omittamus, quod Regem extra diſtrictum Imperii in Regno ſcilicet Siciliæ notoriè ac continuè tempore ſupradicto morantem, citare (9) non potuit Imperator: nec citatio, ſi quam forſan de ipſo intra Imperii fines fecit, citatum extra Imperium conſtitutum arctavit. (10) Nos quoquè Regis ordinarius Judex, quod ad Imperatoris judicium citaremus, vel citari, aut remitti faceremus eumdem, nequaquàm fuimus requiſiti: immò licèt ad Nos, & Curiam noſtram temporibus illis rumores frequentes de Cu-

Curia Imperatoris veniſsent, & juxta eum etiam quidam ex fratribus noſtris eſſent, priùs tamèn dictæ ſententiæ promulgatio, quâm aliquid de proceſſibus antecedentibus ad audientiam noſtram pervenit. Denique licèt Rex ipſe terras aliquas ab Imperatore tenere dicatur in Feudum, non tamen in eis, ſed in Regno præfato domicilium (11) ſuum fovebat: Undè Imperator in ipſius perſonam, nullam ratione terrarum hujuſmodi (niſi ex natura Feudorum) debitam ſuperioritatem habebat. Quod ſi punitio intra Diſtrictum Imperialem commiſſi, ad Imperatorem forſan pertinuiſſe aſſeratur; Verum eſt quidem ſi in eodem diſtrictu fuiſſet inventus delinquens, (12) vel ad illum de more remiſſus. Dici ne ergo Sententia meruit, quæ a Judice, qui per Regem tute adiri non potuit, & in loco notorio: (ut præfertur) non tuto in abſentem; nèc citatum legitimè, ac inauditum, per conſequens, & indefenſum non maturo fuit judicio, ſed præcipitio, & de tanto præſertim crimine promulgata. (13) Rursùs non eſt ſilentio relinquendum, quod ipſe Rex noſter, & Eccleſiæ Romanæ ratione Regni prædicti notoriè Subditus, homoque ligius, & Vaſſallus, ac in eodem Regno, non ut præmittitur, in Imperio certum, continuum, & notorium ſuum habens domicilium, ac originem indè trahens, Imperatori eo modo non ſubfuit, quod in eum crimen læſæ Majeſtatis (14) commiſerit, quantumlibet omnia in ſententia ſupradicta contenta veritatem indubiam continerent: Sicque nedùm non jure, imò nec juris colore tûlit Imperator ſententiam ſupradictam in Regem, ex cauſa, quæ veritatis ſubſiſtentiam non habebat, propter quam etiam quatenùs in eo fuit, Regem eumdem privando Regno, & Regia dignitate, ac Terris etiam aliis, & juriſdictionibus perpetuis, & temporalibus, quæ ſub eo nullatenùs, vel ab eo, ſed a Nobis & ſub Nobis tenebat, necnon proce-

cedendo contra Regem eumdem, ex illis, quæ per ipſius ſtipendiarios, ac nonnullos Imperatoris ejuſdem ſubjectos per malitiam, & inſtigationem Regis ipſius contra eum commiſſa fuiſſe in Urbe dicebat: Cum etſi illa fuiſſent ibidem revera commiſſa: punitio tamen eorum in Regem veluti extra diſtrictum Imperii commiſſorum ad Imperatorem nullatenùs pertineret: Inhibendo etiam in eadem ſententia ſub magnarum oppoſitione pœnarum, quarum aliquas ſibi applicari mandavit, nequis dicto Regi præſumeret in ſuis reſpondere debitis, in ipſiuſve familiaritate, vel ſervitio remanere, aut eidem contra ipſum Imperatorem quovis modo impendere conſilium, auxilium, vel favorem: Cum debitores, Servitores, & auxiliatores hujuſmodi extra Imperium, & in Regno conſtituti prædicto nullatenùs Imperatori ſubeſſent, nec ex committendis in Regno eodem dictis poſſent pœnis adſtringi, vel aliqualiter condemnari per ipſum: abſolvendo quoque ab omni fidelitate, obligatione, ſervitio, promiſſione, ac pacto Provincias omnes, Civitates, & Caſtra, [& Loca] ipiuſque Vaſſallos, & Feudatarios, & alios quoslibet eidem Regi quomodolibet obligatos: cum includerentur in abſolutione hujuſmodi Terræ, & Perſonæ Nobis, & Eccleſiæ Romanæ ſubiectæ, propriæ terminos poteſtatis exceſſit in meſſem noſtram mittens perperam ſuam falcem. Cæterum defectus ſuppletio circa proceſsus adhibita ſupradicta, non tantum valet ad juriſdictionem ipſorum, & ſententiæ ſupradictæ quantum ad eorum ſugillationem & notam: Cum nullam ſuper præmiſſis poteſtatem haberet Imperator in Regem ſibi alias, quam ut fertur, non ſubditum, non citatum (15) legitime, (16) aut remiſsum, & extra Diſtrictum ipſius continuè, ac notoriè conſiſtentem: Nèc prædicta ſuppletio circa Subditum etiam ad ea potuiſset de ratione referri, per quæ de crimine præſertim ſic gravi delato de-

defenſionis [quæ a jure provenit naturali] facultas adimi valuiſset : (17) Cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ juris naturalis exiſtunt. [18] Ut igitùr ſicut mæmorata Sententia juris caret effectu, ſic auctoritate, & nomine rei caret judicatæ, ut nec in opinione communi, & vulgi ab iis nomen habere ſententiæ mæreatur: [19] ut etiam in magnum juſtitiæ, ac pacis obſequium ſcandaloſis occurratur periculis, quæ cum noſtræ, & Eccleſiæ, Provinciarum multarum, Regnorum, & Gentium turbatione non modica poſsent occaſione ipſius pro tempore ſuboriri; Nos tâm ex Superioritate, in qua vacante Imperio Imperatori ſuccedimus: & nihilominùs ex illius plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus Rex Regum, & Dominus Dominantium Nobis licèt immeritis in Perſona B. Petri conceſſit, ſententiam, & Proceſsus (20) omnes proedictos, & quicquid ex eis ſecutum eſt, vel occaſione ipſorum de Fratrum noſtrorum conſilio declaramus fuiſse ac eſse omninò irritos, & inanes, nullumque debere, aut debuiſse ſortiri effectum, ſeù nocumentum, vel notam afferre cuiquam, vel quomodolibet attuliſse Ipſoſque nihilominus quatenùs proceſserunt de facto, & quicquid ex eis ſecutum eſt, vel ob eos, vel impoſterum ſequi poſsent in irritum revocamus.

[1] Pæna mortis ferri non poteſt in abſentem, quia careret effectu.

Guilielm. de monte Laudono ſuper hac Clementina Paſtoralis in Notis, Verb. *Promulgavit*.

[2] Sententia requirit de ejus ſubſtantia diſcretionem, quæ eſt Virtutum omnium mater.

Vitalin. ſuper eadem Clementin. Paſtoralis §. *Verum* n.24. & 25.

Et eſt cum ex ſumma deliberatione proceditur diſcernendò, & ratiocinando.

Cardinalis Zabarella ſuper Clementin. Paſtoralis §. *Verum*.

(3) Nota quod ſicut ſe habet quoad privignos Noverca, quæ ſolet in illos ſævire, ſic ſe habet ad juſtitiam præcipitantis judicis voluntas.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus, ſuper recenſita Clementina *Paſtoralis* in Verb. *Noverca*.

(4) Hujuſmodi Clementina oſtendit, nullam fuiſſe Sententiam, per Henricum Imperatorem latam adverſus Regem Robertum tam ex cauſis, & aliis in ea inſertis, quàm ex Perſonis a quo, & in quem lata fuit.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina Verb. Paſtoralis num. 1.

Hieronymus Gigas de Crimine læſæ Majeſtat. quæſt. 4. n. 1.

(5) Clemens V. declarat nullam ſententiam Henrici, eo quia Robertus Siciliæ Rex citatus fuit in Piſana Civitate, quæ notorie erat ejuſdem Regis inimica.

Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 46. n. 85.

(6) Nota quod citatus ad locum non tutum non tenetur comparere.

Fagnan. in cap. ad Supplicationem n. 8. de Renunciation.

Aegid. Boſſ. Tractat. Var. Tit. de Citat. n. 35.

Antonius Rubeus in tractat. de poteſt. Procurator. n. 320. cum ſeqq.

[7] Conſiſtorium nil aliud eſt, quam locus ubi ſedet Princeps in audiendo ad differentiam Tribunalis, quod eſt locus, ubi ſedem habet Ordinarius.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. §. Notorium in fin.

Et dicitur a conſiſto conſiſtis.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 8.

[8] Citatio non arctat citatum ad locum notoriè non tutum.

Abbas Panormitanus in loco ſupra citato n. 6.

Pacian. de Probationib. lib. 2. cap. 46. n. 86.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina num. 14.

Potiſſimùm ubi manifeſtè mortis periculum timetur.

Cardinal. Zabarella ſuper hac Clementin. §. *ut illud* num. 1.

Petrus de Ancharano ſuper eadem Clementina num. 11.

(9) Citatio, quæ fit re, & verbis ſicut eſt remiſſio, ita fieri non poteſt extra Territorium, ſed fieri debet per Judicem ordinarium, ſub quo degit citandus.

Guilielm. de monte Lauduno ſuper hac Clement. in Notis in Verb. *Extra Imperium*.

Procedit, quando quis ſuper crimine citatur, non autem, quando quis citatur ſuper contractu, nam in iſto caſu extra citantis territorium fieri poteſt citatio.

Lapus de Tuctis Abbas S. Miniati ſuper hac Clementina n. 1. Verb. *Citare non potuit*.

[10] Citatio contra citatum lata extra territorium citantis eſt nullitatis labe infecta, etiamſi Rex, vel Imperator citare faciat.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Citatio pag. 147.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. pag. 328. n. 10.

Fattolil. de Immunit. Eccleſ. ſuper hac Clementina to. 2. pag. 429.

429. §. 24.

[11] Rex Robertus excuſatur a delicto læſæ Majeſtatis contra Henricum Imperatorem, quia nullum in terris Imperii habuit domicilium, aut originem.

Antonius Columbanus in compendiar. forma procedend. extraordinarie in Controverſ. Criminal. n. 152.

Gregorius de Ganaverro deciſ. 48. n. 10.

Zilet. in Tractat. procedend. in Controv. Criminal. art. 152. n. 152. pag. 412.

(12) Nota quod Judex *delicti* non alitèr reum abſentem citare poteſt, quàm ſi in eodem diſtrictu fuiſſe inventus.

Engel. in Jus Canon. lib. 2. tit. 2. de For. Compet. n. 37. pag. 125.

(13) Sententia ferri non debet præcipitanter, ſed maturo quidem judicio, præſertim in Criminalibus.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. *Denique* n. 3.

(14) Nota quod non Subditus crimen læſæ majeſtatis committere non poteſt, dum tale crimen eſt a ſubjecto illius Principis perpetrandum, contra quem committitur.

Cepolla conſil. Criminal. 17. n. 17.

Farinac. in Prax. & Theor. Criminal. par. 2. tom. 2. In quæſt. 112. inſpect. 8. n. 240.

Menocch. Conſil. 99. n. 97. & 102. tom. 1.

Vitalin. ſuper hac Clementin. §. Verum n. 40. & 41.

Guilielm. de monte Lauduno ſuper eadem Clementin. in not. in Verbo *non ſufficit*.

Fattolilli de Immun. & libert. Eccleſ. par. 2. tract. 2. n. 5.

Aegid. Boſſius Tractat. Var. Tit. de Crimin. læſæ Majeſtat. n. 80.

Anſald. de Juriſdict. par. 2. tit. 11. cap. 3. n. 15.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 30. n. 145.

Oliva de For. Eccleſ. par. 2. quæſt. 17. n. 33.

Ambroſin. de Immunit. & Libertat. Eccleſ. Cap. 9. n. 6.

(15) In ſententia, vel alio Principis actu non poteſt præjudicium alicui non citato inferri, Citatio enim eſt judiciorum initium.

Jodoc. Damhauder. de Jutor. & Curator. cap. 8. n. 65.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 5. §. Omnium autem pag. 278.

Larrea allegat. fiſcal. 107. n. 8.

Theſaur. For. Eccleſ. par. 4. cap. 3. n. 17.

Antonius Blancus in tractat. de Indic. Homicid. n. 336.

[16] Nota quod citatio debet eſſe legitima.

Bartol. in leg. quarta §. Præter de damn. infect.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Notorium ſub n. 1.

[17] Imperator tollere haud poteſt defenſionem, quæ èſt de jure naturali; nec ad defectum hujuſ-

juſmodi ſolemnitatis omiſſæ ejus ſe extendit ſuppletio.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 22.

[18] Et ratio eſt, quia ab Imperatore tolli non poſſunt ea, quæ alicui jure naturali competunt.

Guilielm. de monte Lauduno ſuper hac Clementin. in notis Verb. *nèc prædicta*.

Ricc. Collect. deciſ. par. 5. Collect. 1753.

Ideoque ejus Sententia lata parte non citata non valet, quia citationis defectus a Principe tolli non poteſt.

Cæphal.Conſil.*96*.n.*6*.tom.5.

Ruginel. Pract. quæſt. cap. 1. n. *92*.

Aegid. Boſſ. Tractat.Var.Tit. de Citat. n. 15.

Rota in recent. deciſ. *639*. n. 21. par. 18. tom. 2.

Coram Dunozet. Jun. deciſ. *942*. n. 2. to. 2.

Ampl. quod nec a Statuto citationis defectus tolli valet.

Albit. de Inconſtant. in Judic. quæſt. *6*. n. 1.

Ventrigl. in Prax. Eccleſ.tom. 1. annot. *34*. n. *9*.

(*19*) Sententia non ritè lata non mæretur dici ſententia.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. in §. Denique n. 3.

Vitalin.ſuper eadem Clementin. n. 33.

Ob eam rationem, quià ſicuti recenſita Sententia ex juriſdictionis defectu caret effectu, ita debet carere & nomine.

Petrus de Ancharano ſuper hujuſmodi Clementin. n. 23.

Propterea que vim non habet rei judicatæ.

Vid. Clementin. *ut Calumniis* ſub num. 2.

[20] Sciendum eſt, quod Imperatoris proceſſus nulliter facti recognoſcuntur, & viſitantur a Papa.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Imperator erga Papam pag. 447.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. pag.*446*.n.8.

Nota 1. quod Clementina Paſtoralis locum non habet in Papa, quia propter ſuam qua pollet, ſuperioritatem, poteſt ubique locorum citare.

Farinac.Conſil.Criminal. 203. n. 7. tom. 3.

Spada Conſil. 114. n.*9*.tom. 1.

Soccin. in cap.Paſtoralis n.13. verſ. Subdit tamèn.

Aegid. Boſſ. Tract. Var. Tit. de Citat. n. 24.

Item non procedit in Urbe Romæ, quæ quum ſit communis Patria, proindeque omnes, qui quoquo modo forum in illa ſortiuntur poſſunt ibi citari quemadmodum quilibet delinquens poteſt a Judice domicilii extra territorium citari.

Farinac. Conſil. Crimin. 203. n. 10. tom. 3.

Spada Conſil. 114.n.12.tom.1.

Boſſ. de Jur. Compet. n. 75.

Nota 2. quod Clementina Paſtoralis intelligitur, quando Judex domicilii, vel originis contradicit, & ſe

& ſe opponit ne ſuus Subditus citetur a Judice delicti.

Aretin. Conſil. 135. ſub n. 3. in fin.

Farinac. Conſil. Crimin. 203. n. 8. tom. 3.

Spada Conſil. 114. n. 10. tom. 1.

TITULUS XII.

SI a Judicibus duobus, aut pluribus fuerit appellandum, quià fortè de facili eorum præſentia ſimul haberi non poſſet, liceat coram ipſis, vel majori parte ipſorum appellare & apoſtolos petere ſeparatim: valebitque appellatio talis, ac ſi ſimul fuiſſet in eorum præſentia ab omnibus appellatum. (1) Eſt tamen appellato ignoranti, appellationis, nec non delationis eorum, & termini præfixionis, ſi ſubſecutæ fuerint, intimatio legitimè facienda. (2)

(1) Appellatio coram majori parte Judicum facta tenet perinde ac ſi coram omnibus interpoſita fuiſſet.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. Si a Judicibus n. 1.

Guilielm. de monte Lauduno ſuper eadem Clementina n. 1.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Appellare quis poteſt pag. 33.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. pag. 81. num 29.

[2] Eſt tamen omnium actorum intimatio parti appellatæ facienda.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 6.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 17. §. Quod ſi pag. 371.

CAPIT. SECUNDUM.

QUamvis rigor juris expoſcat, eum qui appellat debere petere (1) apoſtolos congruo loco, & tempore ſæpiùs, & inſtanter: Nos tamen antiquam, & communem obſervantiam litigantium ſequi, & æquitatem rigori præferri volentes decernimus ſufficere, quod per appellantem ſimul uno contextu apoſtoli inſtanter, &

ſæpius (2) poſtulentur. Verum ſi Judex a quo appellatur, certum terminum ad recipiendum Apoſtolos appellanti aſſignet, & appellans in aſſignato ſibi termino non compareat coram eo, nec petat apoſtolos ſibi tradi, appellationi ſuæ renuntiaſſe videtur. (3) Similiter ſi Judex appellanti reſponderit, intra juris terminum apoſtolos ſe daturum appellationi ſuæ renuntiaſſe appellans intelligitur, niſi intra dictum terminum congruo loco, & tempore inſtanter, & ſæpius ſaltem uno contextu petat apoſtolos ab eodem judice ſibi dari, vel ſi recipere recuſat oblatos. (4)

Quod ſi Judex in termino ad dandum apoſtolos præfixo per eum ipſos appellanti petenti non dederit: aut ſi dum peterentur apoſtoli reſponderit, ſe daturum eoſdem nullo termino certo ſibi præfixo, vel intra juris terminum ſe eos aſſeruerit velle dare, & poſtea per appellantem congruo loco, & tempore ſæpius, & inſtanter uno contextu etiam requiſitus non curaverit intra eumdem terminum exhibere: appellationem ſuam ex tunc proſequi poſſit appellans, ac ſi expreſsè fuiſſent eidem apoſtoli denegati. [5]

(1) Nota quod quum Apoſtoli ſint appellationis pars, vel de forma, ſeu de illius ſubſtantia, proindeque debent neceſſario peti.

Franc. de Appellat. cap. 1. n. 3. Verſ. Secundo debent.

Lancellot. de Attentat. par. 2. cap. 12. Limit. 50. n. 202.

Sigiſmundus Scaccia de Appellat. quæſt. 13. n. 24.

Veſtr. in Prax. lib. 7. cap. 3. n. 37.

Murga in oper. Canonic. tom. 1. tit. de Appellat. par. 1. quæſt. 13. artic. 2. §. 1. n. 529.

[2] Apoſtoli ſunt per appellantem ſæpiùs, & uno ſaltèm contextu petendi.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit. 28. n. 44. pag. 185.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. to. 1. Verb. Appellans ad quid tenetur n. 4. pag. 85.

Piaſec in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 4. §. Appellans pag. 298.

Murga in oper. Canon. tom. 1. tit. de Appellat. par. 1. quæſt. 13. art. 2. §. 1. n. 531.

Laurea in Epitom. Canon. Verb. Appellans ad quid tenetur. pag. 34.

(3) Appellationi renuntiare videtur, qui in termino ſibi a Judice præfixo non redit pro apoſtolis.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus ſuper, hac Clementina *Quamvis* in Notis.

Ripa in Decretal. lib. 2. tit. de Appellat. reſponſ. 2.

Lapus de Tuctis Abbas S. Miniati ſuper eadem Clementina n. 13.

Caſſador. deciſ. 8. n. 4. tit.de Appellat.

Rota deciſ. 2. n. 3. coram Cardinal. Creſcent. Senior. To. 4.

Coram Ludoviſio deciſ. 573. n. 1. & in Adnotat. n. 12.

[4] Itèm appellationi ſuæ renunciaſſe intelligitur appellans, ſi intra temporis ſpatium a Judice ſtatutum congruo loco, & tempore inſtantèr, & ſæpius unico ſaltem contextu apoſtolos non petierit, & ſibi oblatos recipere recuſaverit.

Pirhing. Jur. Canon. lib. 2. tit. 28. n. 145.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 17. §. Idem igitur pag. 364.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit. 28. n. 48.

Ferrari in Bibliotheca Canonic. artic. 7. n. 11.

Scaccia de Appellat. quæſt. 15. n. 12.

(5) Nota quod ſi appellanti poſt jam interpoſitam appellationem non dentur apoſtoli, poteſt in tribus caſibus ſuam proſequi appellationem. Quorum alter eſt, ſi Judex præfigens ei terminum de dando apoſtolos, & ſubindè non dedit. Secundus ſi petenti velle dare promittat, & poſtea requiſitus non dedit. Tertius denique ſi intra juris terminos illos habere non potuit.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 17. §. Quod ſi pag. 365.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Alia de appellatione pag. 43.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 9. Verb. Appellatione facta n. 2. tom. 1. pag. 94.

Notandum eſt, quod nemo tenetur ultra ſecundam vicem pro Apoſtolis redire.

Abbas Panormitan. ſuper hac Clementina ſub n. 5.

Bardus in tractat. de tempor. util. & contin. cap. 4. n. 3. in fin.

Rota deciſ. 29. n. 18. & 27. coram Cardinal. Creſcentio Sen. tom. 4. pag. 325.

CAPIT. TERTIUM.

SIcut appellationem judicialem, ſic & extra judicialem intra annum a die interpoſitionis ipſius, vel a die illati gravaminis, ubi a futuro gravamine appellatur, proſequi, & finire tenetur appellans. (1) Quod ſi juxto impedimento * ceſſante non fecerit, debebit ejus appellatio deſerta (2) cenſeri.

[1] Appellans proſequi, & finiri tenetur appellationem extrajudicialem intra annum a die interpoſitæ appellationis, vel illati gravaminis.

Felin. ſuper Decretal. Tom. 3. lib. 2. tit. 28. ſub n. 4. pag. 619.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit. 28. §. 2. ſub n. 9. pag. 181. & pag. 185. n. 49.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina *ſicut* num. 4.

Caſſador. deciſ. 6. n. 8. tit. de Appellat.

Rota deciſ. 8. n. 9. & deciſ. 29. n. 11. coram Cardinal. Creſcentio Sen. to. 4. pag. 311. & 325.

In recent. deciſ. 161. n. 1. par. 17.

Vicen. Beneficii 11. Januarii 1732. §. Hæc tamen coram Cardinal. Aldrovando.

(2) Appellationis cauſa remanet deſerta, & tranſitum facit in rem judicatam, ſi intra annum a die interpoſitæ appellationis non fuerit citatum ad dicendum contra commiſſionem.

Rota deciſ. 339. n. 1. tom. 1., & deciſ. 745. pariter num. 1. coram Cardinal. Caprara.

Coram Cardinal. Falconerio deciſ. 2. n. 1. de Vit. & Honeſt. Clericor.

Romana Aſſignamenti 20. Martii 1749. §. 1. coram Lana; ubi quod ex primi fatalis lapſu, in tra quod Cauſa proſequuta haud fuit, judicatum tranſitum facit in rei judicatæ auctoritatem.

Eo vel magis, ſi intra biennium non fuerint acta tranſportata.

Rota deciſ. 311. n. 13. tom. 1. coram Cardinal. Caprara.

Coram Eminentiſſimo Creſcentio deciſ. 22. n. 1. tom. 1.

Coram Sa: Memoria Clemente XIII. deciſ. 248. n. 4. tom. 2.

Limit. in impedito, * contra quem fatalia non currunt.

Joannes Ferrarij de Appellat. cap. 9. n. 154. in Tractat. magn. tom. 5. pag. 70.

Ferrari in Bibliotheca Canonica art. 7. n. 15.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit.

tit. 28. num. 49. pag. 185.

Caſſador. deciſ. 9. n. 6. tit. de Appellat.

Rota in Recent. deciſ. 67. n. 14. par. 4. tom. 2.

Nota 1. quod impedimentum eſt plenè, & concludentèr ab appellante probandum.

Pax Jordan. Elucubr. Diverſ. lib. 14. tit. 26. n. 752. tom. 3.

Rota in recent. deciſ. 67. d. n. 14., & deciſ. 399. n. 6. par. 4. tom. 2.

Not. 2. quod debet eſſe inevitabile.

Rota in recent. deciſ. 144. n. 43. par. 12.

CAPIT. QUARTUM.

QUamdiù appellationis proſecutio per compromiſſum, [1] vel aliàs de partium conſenſu differtur [2] tempus ad proſequendum eamdem ab homine, vel a jure præfixum currere nolumus appellanti: niſi fortè Judex videns ex dilatione periculum [3] imminere, præciperet in illa procedi.

(1) Pendentia litis per Compromiſſum impedit anni præfixi curſum ad appellandum.

Gaballin. ad Ægidian. Conſtit. lib. 6. cap. 11. Summar. 1. n. 2. pag. 379.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Appellatio extra judicium pag. 41.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 9. n. 12. tom. 1. pag. 95.

Scaccia de Appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 15. n. 105., & de Judiciis lib. 2. cap. 2. n. 679.

Bardus in tractat. de tempor. util. & contin. cap. 4. n. 6. pag. 42.

Marcheſan. de Commiſ. par. 3. §. 1. n. 123. pag. 409.

Scoppa ad deciſ. Gratian. obſervat. 2. n. 30.

Rota deciſ. 133. n. 2. Poſth. de Manutent.

In recent. deciſ. 670. n. 18. par. 19. tom. 2.

Procedit poſt acceptationem expletam ab Arbitro de Compromiſſo in ſe facto, nam antè hujusmodi Viennenſis Conſtitutio locum non habet.

Rota deciſ. 134. n. 1. poſt Poſth. de Manutent.

Tempus paritèr ad proſequendam appellationem non currit pendente tranſactione.

Rota in recent. deciſ. 278. n. 6. par. 17.

Locum habet, quandò Partes dant facultatem faciendi concordiam; non verò quando aliquis ſponte ſe ingerit uti amicus in concordia

cordia conſtabilienda.

Rota poſt Marcheſan. de Commiſ. par. 2. cap. 1. ſub n. 3.

(2) Similitèr impedit recenſitum anni curſum ad appellandum expreſſus partium conſenſus.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 3.

Clericat. Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 17. Verſ. Illud tamen.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina *Quandiu* n. 4. & 6.

Ferrari in Bibliotheca Canonic. artic. 7. n. 19.

Caſſador. deciſ. 9. n. 9. tit. de Appellat.

Pax Jordan. Elucubr. Diverſ. lib. 14. tit. 26. n. 689. Tom. 3. ubi habetur, quod Partes poſſint terminum prorogare, non verò abbreviare.

(3) Non procedit ſi Judex ad effugiendum periculum, quod ex dilatione imminere cognoſcit appellationis proſecutionem decernat.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 17. §. Quandiu pag. 374.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 9. n. 12. tom. 1. pag. 95.

Bardus in tractat. de tempor. util. & contin. cap. 3. n. 4.

Ventrigl. in prax. For. Eccleſ. annot. 8. §. 2. num. 34.

CAPIT. QUINTUM.

Appellanti ab interlocutoria, vel a gravamine Judicis non licet alias cauſas proſequi, quâm in appellatione ſua (1) nominatim dumtaxat expreſſas. (2) Nec proceſſus primi Judicis ex novis, aut de novo probandis juſtificari poteſt, vel etiam impugnari: Sed tantùm ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram ipſo. (3)

[1] Appellans ab interlocutoria, vel gravamine tenetur cauſam gravaminis in ſua appellatione exprimere.

Cavagnol. ad Decret. Montiſferrat. Obſervat. ad Decret. 13. §. 4. quæſt. 13. n. 12.

Maranta reſponſ. 11. n. 2. & 3. tom. 1.

Scaccia de Appellat. quæſt. 4. artic. 4. n. 31. & ſeqq.

Ferrari in Bibliotheca Canonic. Verb. Appellatio artic. 8. n. 20.

Ventrigl. in prax. For. Eccleſ. annot. 8. §. 2. n. 1.

Mattheucc. Offic. Cur. Eccleſ. Cap. 5. §. Unic. n. 5. pag. 22.

Rota deciſ. 2. n. 1. de Appellat. in Novis pag. 230.

Coram Puteo deciſ. 400. n. 1. lib. 13. impreſ. Romæ.

[2] Interlocutoria, vel gra-

gravamen non debet juſtificari, vel impugnari ex novis cauſis in appellatione expreſſis, ſed ex illis tantùm, quæ acta ſunt, vel coram priori Judice exhibita.

Petrus de Ancharano ſuper dicta Clementina n. 4.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Appellatio non admittenda pag. 39.

Lancellot. de attentatis par. 3. cap. 28. n. 6.

Joannes Ferrarij de Appellat. lib. 1. cap. 4. n. 40. in Tract. magn. to. 5. pag. 65.

Joan. Petr. Ferrar. aur. Pra. ctic. in forma appel. ab interloc. pag. 378. n. 2.

(3) Appellatione facta ab interlocutoria, vel gravamine proceſſus primi Judicis juſtificari, vel impugnari debent ſecundum ea, quæ coram eodem acta, & producta fuerunt.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. n. 25. pag. 95.

Ricc. Collect. deciſ. par. 2. Collect. 371.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Appellatione facta pag 38.

Hujuſmodi Clementina *Appellanti* locum tantùm habet in interlocutoria, non verò n difinitiva Sententia.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. in fine.

Fenzon. ad Statut. Urbis cap. 173. n. 14.

Lancellot. de Attentat. par. 3. cap. 28. n. 97.

Scaccia de Appellat. quæſt. 4. art. 4. n. 37. in fin.

Ricc. Collect. deciſ. par. 2. Collect. 371.

Locum non habet quando interlocutoria eſt talis, ut ejus gravamen aliàs reparari non valeat.

Joannes Ferrarij de Appellat. cap. 4. n. 33. inter Tract. Magn. tom. 5. pag. 65.

Rota deciſ. 12. n. 3. de Appellat. in nov. pag. 236.

Itèm in ſententia attentatorum.

Lancellot. de Attentat. par. 3. cap. 28. n. 13. & 97.

Bellemera deciſ. 148. n. 1.

Non procedit paritèr quando nova exceptio, vel allegatio oritur ex facto adverſarii, quià tunc per talem exceptionem poteſt ritè recteque appellatio juſtificari, & impugnari.

Rota deciſ. 12. n. 3. de Appellat. in novis pag. 236.

Nota 1. quod recenſita Clementina locum ſibi vindicat in appellationibus de jure Canonico conceſſis ab illis interlocutoriis, a quibus de jure communi appellatio non admittitur.

Cavagnol. ad Decret. Montis ferrat. Obſervat. ad Decret. 13. §. 4. quæſt. 13. n. 12.

Nota 2. quod Judex appellationis non poteſt aliam tractare cauſam, nec de Alterius viribus cognoſcere, quàm de ea, in qua appellatum fuerit.

Scaccia de Appellat. quæſt. 11. n. 17.

Rota deciſ. 16. n. 11. tit. de Tutor.

Tutor. & Curator. coram Card. Falconerio.

Coram Sa: Memoria Clemente XIII. deciſ. 324. n. 11. tom. 3.

Procedit hujuſmodi Viennenſis Conſtitutio in cauſa tantùm beneficiali ad Sedem Apoſtolicam devoluta.

Gozzadin. Conſil. 22. n. 16.

Vitalin. ſuper hac Clementina n. 41.

Covaruvias Var. reſol. lib. 1. cap. 16 n. 13.

CAPIT. SEXTUM.

SI appellationem per negligentiam appellantis deſertam, appellans ipſe cum appellato, aut appellatus etiam per ſe & principalitèr proſequatur; non ideo minus in rem judicatam (1) cenſebitur tranſiviſſe ſententia, a qua fuerat appellatum.

[1] Rectè in hac Clementina eſt conſtitutum, quod proſequutio appellationis deſertæ non impedit, quominus ſententia tranſitum faciat in authoritatem rei judicatæ.

Joannes Ferrarii de Appellation. cap. 16. n. 191. inter Tractat. magn. tom. 5. pag. 72.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementin. in princip.

Ricc. deciſ. Collect. par. 3. Collect. 645.

Rota in Brixinien. Juriſdictionis ſuper bono Jure 28. Novembris 1727. §. Præſuppoſito coram Cardinal. Aldrovando.

Majoricen. Contributionis 2. Decembris 1729. §. Delata coram Nunez.

Nota quod appellatione deſerta non poteſt Judex *ad quem* etiam accedente partium conſenſu in cauſa procedere, quia tâm juriſdictio, quâm executio revertitur ad Judicem *a quo*.

Engel. in Jus Canon. lib. 2. tit. 28. §. 4. n. 50. pag. 185.

CAPIT. SEPTIMUM.

CUm a repulſione exceptionis peremptoriæ ſecundo appellans ſuccumbit, non eſt in cauſa appellationis poſtmodum a diffinitiva emiſſæ audiendus ulterius ſuper ea, niſi tunc ritè propoſita ex eo prius repulſa fuiſſet, quia proponebatur ineptè.

A perempto.

Digitized by Google

A peremptoria repulſa ex alio, quam propter ineptitudinem ſecundò appellans, & ſuccumbens non auditur ſuper ea in appellatione a diffinitiva.

Vid. Gloſ. in hac Clementina.

LIBER TERTIUS

TITULUS I.

De Vita, & Honeſtate Clericorum.

CAPIT. PRIMUM.

DIOECESANIS locorum diſtrictè præcipimus, ut Clericos Carnificum, (1) ſeu Macellariorum, (2) aut Tabernariorum (3) officium publice, & perſonaliter (4) exercentes, nominatim, (5) & tertio (6) moneant, ut ſic ab hujuſmodi officiis intra convenientem terminum monentium ipſorum arbitrio moderando deſiſtant, & quod ipſa nullo umquam tempore reaſſumant. Qui ſi talitèr moniti ab his non deſtiterint, aut ipſa (ut præmiſſum eſt) exercendo reſumpſerint quandocumque, conjugati omnino, (7) non conjugati verò in rebus, eſt ſi omninò incedant, ut Laici in perſonis privilegium Clericale, (8) quamdiu præmiſſis inſtiterint, (9) eo ipſo admittant.

Adverſùs verò alios Clericos negotiationibus, vel commerciis Sæcularibus, (10) vel officiis non convenientibus Clericali propoſito publicè inſiſtentes, vel arma (11) portantes, ſic Canonica ſervare ſtudeant Inſtituta, quod & illi ab exceſſibus compeſcantur hujuſmodi, & ipſi de damnabili circa hæc negligentia nequeant reprehendi.

Digitized by Google

Propter horrorem, & utilitatem iſtorum duorum officiorum Macellariorum nempè, & Tabernariorum fuit hoc ſpecialitèr in hujuſmodi Viennenſi Conſtitutione proviſum.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ità cognominatus, ſuper hac Clementina *Diœceſanis* in Notis Verb. Macellariorum.

[1] Nota quod Carnifices eſſe non poſſunt Clerici, & tales dicuntur a *carnifico as*, ex quo Carnes faciunt, & vendunt.

Andreæ Joannes ſuper hac Clementina in Notis.

Genuenſ. in Prax. Cur. Archiep. Cur. Neapol. Cap. 62. ſub n. 2.

[2] Macellarii ità dicti quia pecora, vel quadrupedia mactant *a macello as*, quod eſt mactare, & trucidare.

Andreæ Joannes in loco ſupra citato Verb. Macellarii.

[3] Tabernarii ſunt illi, qui recipiunt comedentes non ad dormiendum, neque ad Equos ſtabulandos, ſed tantùm ad comedendum.

Gratian. diſcept. forenſ. 898. n. 2.

Cortiada deciſ. Cathalon. 207. n. 7. tom. 3.

Sciendum, quod ab Excommunicationis incurſu excuſantur percutientes Clericum publicè exercentem macellum, & munus Tabernarii, poſt trinam Epiſcopi monitionem.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Excommunicatio art. 11. n. 7.

A tabernarum frequentatione debent omninò Clerici abſtinere.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. Cap. 3. n. 12. 5. Præcipue p. 128.

Cabaſſut. in Hiſtor. Concilior. pag. 627.

S. C. T. in Seſſ. 24. de Reformat. Cap. 12.

Vid. meam Collectaneam ad d. Seſſ. 24. n. 23.

Talia loca nedum tenere, ſed ingredi etiam non debent Clerici ad comedendum.

Andreæ Joannes ſuper hac Clementina in Notis Verb. Taberna.

Petrus de Ancharano ſuper eadem Clementina n. 3.

Concil. Turonenſ. 3. Cap. 21.

Limit. 1. ex Cauſa neceſſaria.

Benedictus Capra ſuper hac Clementina ſub n. 14.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Taberna pag. 824.

Limit. 2. ex cauſa itineris.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. Verb. Taberna n. 1. pag. 625.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 1. n. 16. pag. 188.

Barboſa de Jur. Eccl. univ. lib. 1. cap. 40. n. 71. & de Offic. Paroch. par. 1. cap. 6. n. 20.

Cortiada deciſ. Cathalon. deciſ. 207. n. 4. tom. 3.

Animadvertendum, quod pœnam amiſſionis privilegii Clericalis incurrunt Clerici, lanionum, aut tabernariorum officium exercentes.

Leo

Leo Theſaur. For. Eccleſ. par. 3. cap. 4. n. 18. pag. 329.

Pignatell. Conſult. Canon. tom.2. Conſ. 34. n.5.

Pax Jordan. Elucubr. Diverſ. lib. 11. tit. 3. n. 66. tom.2.

Cortiada dec.207.n.2.tom.3.

(4) Ad incurrendam tamen hujuſmodi pœnam duo copulativè requiruntur; alterum nempe, quod Clerici *publicè*, *& perſonaliter* hujuſmodi exerceant officia.

Ambroſin. de immunit. & libert. Eccleſ. cap.18. n.28.

Alexand. Conſ. 8. ſub n. 4. lib. 1.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina ſub n. 3. Verſ. Quartò nota.

Barboſa de Jur. Eccleſ. Univ. lib. 1.cap.40.n.74. Verſ. Quodquidem.

Cortiada d. deciſ.207. n.3.

Nota quod Clericus, qui per alios lanionis, & tabernarii artem exercet, licèt hujus Clementinæ pœnam non incurrat, eſt tamen in culpa & ſit delinquit.

Genuenſ. in Prax. Archiep. Curiæ Neapol. cap.62. ſub n.6.

[5] Alterum verò, quod eorum propriis expreſſis nominibus.

Andreæ Joannes ſuper hac Clementina in Notis Verb. Publice.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. Cap. 33. ſub n. 16. Verſ. Nec dicatur.

(6) Et quod trina præcedere debeat monitio de deſiſtendo.

Fagnan. in Cap. Ex tuæ n.10. de Clericis non reſid. lib. 3.

Leo Theſaur. for. Eccleſ. par. 3. cap.4. n.18.

Coevall. quæſt. Commun. contra Commun. quæſt. 810. n. 6. 17. & 20.

Fattolil. de Immunit. Eccleſ. ſuper hac Clementina tom. 2. pag. 460. §. 35.

(7) Nota quod Clerici Laniones, vel Tabernarii ter moniti non deſiſtentes, vel talia reſumentes officia, ſi ſint Conjugati perpetuò Clericale perdunt privilegium.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.8.

Carol. de Graſſis in tractat. de effect. Cleric. effect. 3. n.256.

Ambroſin. de immunit. & libert. Eccleſ. Cap. 18. ſub n. 28. verſ. & hæc.

Pax Jordan. Elucubr. Diverſ. lib. 11. tit. 3. n. 66. tom.2.

(8) Si verò non ſint Conjugati ut laici incedentes, in perſona, & rebus etiam ipſi privilegio clericali, privantur.

Benedict. Capra ſuper hac Clementina n. 6.

Paſtor. de Benefic. Eccleſ. lib. 3. tit. 43. n.9.

Girald. ad Theſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. Capit. 1. Verb. Negotiatio n.3. pag.296.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. pag.384.n.37.

(9) Sciendum quod iſta pœna eſt temporalis, hoc eſt, quamdiù in præmiſſis ipſi inſtiterint.

Petrus de Ancharano ſuper

N 2 hac

hac Clementina n.8.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. in loco ſupra citato.

Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effect. 1. n.85. & 324.

Ciarlin. Controv. forenſ. lib. 1. Cap.53. n.20. & 21.

Cortiada deciſ. 131. n.26.

(10) Vetitum paritèr eſt Clericis negotia officia, & commercia ſæcularia exercere.

Salern. Conſil.17. n.15. lib.1.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par.3. Cap.4. n.22.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Clerici a quibus teneantur abſtinere p.156.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom.1. pag.354. n.6. & 10.

Rota in Friſingen. Parochialis 8. Aprilis 1715. §. Neque coram Cardinal. Scotto.

Vid. meam Collectaneam ad Concil. Trident. in Seſſ.22. de Reformat. Cap.1. n.5.

[11] Item arma geſtare.

Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit.1. n.13. pag.189.

Paſtor. de Benef. Eccleſiaſt. lib.3. tit.40. n.30.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par.2. Cap.9. in fin. pag.101.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom.1. pag. 363. n.9.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Clerici quoad arma pag. 159.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. Cap. 3. ſub n. 14. Verſ. Virgulatæ pag. 130.

CAPIT. SECUNDUM.

QUoniam qui objectis veſtibus proprio congruentibus Ordini [1] alias aſſumere, & in publico portare rationabili cauſa ceſſante præſumit, profeſſorum illius Ordinis ſe reddit indignum. Præſenti conſtitutione ſancimus, quod quicumque Clericus virgata, vel partita veſte (2) publicè utetur (niſi cauſa rationabilis ſubſit (3) ſi beneficiatus extiterit per ſex Menſes a perceptione fructuum Beneficiorum, quæ obtinet, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Si verò beneficiatus non fuerit, in Sacris tamen Ordinibus citra Sacerdotium conſtitutus, per idem tempus reddatur eo ipſo inhabilis ad Eccleſiaſticum beneficium obtinendum (4). Idem quoquè cenſemus de Clericis aliis veſtem talem ſimul, & tonſuram publicè deferentibus Clericalem. Dignitatem verò, Perſonatum,

tum, ſeu Beneficium aliud obtinens, cui cura imminet animarum, nècnon cæteri in Sacerdotio conſtituti, ac Religioſi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinſeci morum intrinſecam honeſtatem oſtendere, ſi (præterquam ex cauſa rationabili) publicè veſtem ferant hujuſmodi (5), aut Inſulam, ſeù Pileum lineum publicè portent in capite ſint eo ipſo, beneficiati videlicèt a perceptione fructuum Beneficiorum, quæ obtinent, ſuſpenſi per annum *(6)*. Cæteri verò Sacerdotes, & Religioſi quilibet per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcumque Beneficium Eccleſiaſticum obtinendum.

Sed & tales, & cæteri quicumque Clerici utentes Epithogio, ſeu Tabardo foderato uſque ad oram, & ità brevi, quod veſtis inferior notabilitèr videatur, Epithogium ipſum Sæculares Clerici, & Religioſi adminiſtrationem habentes teneantur intra Menſem dare Pauperibus. Cæteri verò Religioſi adminiſtrationem non habentes intra idem tempus illud teneantur ſuis Superioribus aſſignare in pios uſus aliquos convertendum. Alioquin Beneficiati ſuſpenſionis, cæteri verò inhabilitatis pænas prædictas per idem tempus ſe noverint incurriſſe (7). Huic inſuper adijcimus Sanctioni, ut Clerici præſertim Beneficiati Caligis ſcacatis, rubeis, aut viridibus publicè non (8) utantur.

(1) In hac Viennenſi Conſtitutione hoc pro lege ſtatuitur, quod Clerici decentem veſtimentorum modum, & ſuo congruentem ſtatui obſervare teneantur.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 1. n. 7. pag. 188.

Genuenſ. in prax. Archiep. Curiæ Neapol. Cap. 38. n. 2. pag. 142.

Vid. meam Collectan. ad C. T. Seſ. 14. de reform. cap. 6. n. 4.

(2) Statuit pænas tàm contra Clericos præſertim Beneficiarios quàm contra Religioſos virgata, vel partita publicè utentes veſte, ideſt diverſis texta, ſeu varia coloribus, vel virgis diverſi coloris ornata.

Suarez de Cenſur. diſput. 31. Sect. 3.

Digitized by Google

Sect. 3. n. 1.

Avila in tractat. de Suſpenſ. diſput. 5. dub. 8. Caſ. 11.

Henrig. lib. 13. c. 39. n. 3. litt. A.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. ſub n. 14. Verſ. Virgulatæ pag. 131.

(3) Limita autem recenſitæ Clementinæ prohibitiones, ut non procedant, ſi omnes ſupradictæ veſtes rationabili ex cauſa geſtarentur.

Genuenſ. in Prax. Cur. Archiep. Neapol cap. 38. in Addit. Verſ. Excuſatur pag. 143.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 2. circa. fin.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 26. n. 95. pag. 150.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. cap. 42. n. 34.

Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. Verb. Habitus cap. 3.

(4) Pænæ autem contra Clericos, qui partitis, & virgatis veſtibus, aut diverſi coloris utuntur, ſunt ſequentes. Si ſint beneficiati eo ipſo a fructuum perceptione per ſex menſes ſuſpenduntur: Si non beneficiati, ſivè in Sacris, ſivè non fiunt per idem tempus inhabiles ad Beneficia aſſequenda.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Clerici quoad Habitum pag. 152.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 3. Verb. Habitum prophanum. pag. 195.

(5) Hoc eodem Concilio ſtatutum eſt, ut qui recenſitis veſtibus utuntur, ſi Dignitatem, Perſonatum, aut Beneficium obtineant Curatum a fructuum perceptione per annum ſuſpenduntur.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 42. n. 34.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. pag. 342. n. 29.

[6] Item in hac Clementina prohibetur omnibus memoratis Perſonis & Religioſis ne infulam, aut Pileum lineum publicè portent in Capite, aliàs eaſdem reſpectivè pænas ipſo facto incurrant.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 3. Verb. Habitum prophanum n. 2.

[7] Uſus paritèr epithogii, ſeù tabardi foderati prohibetur ſupradictis, & conſtituit idem Concilium, ut epithogium ipſum Sæculares Clerici, & Religioſi adminiſtrationem habentes teneantur intra Menſem dare pauperibus: Cæteri verò Religioſi adminiſtrationem non habentes ſuis debent conſignare Superioribus in pios uſus convertendum; aliàs beneficiati, modo, diſtinctioneque prædicta ſuſpenſionem. alii verò inhabilitatem reſpectivè eo ipſo incurrant.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina in fin.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. in loco ſupra citato n. 3.

Ambroſin. de Immunit. & Libert. Ecleſ. cap. 23. n. 10.

(8) Nota quod Clerici uti haûd debent publicè caligis rubei, aut viridi coloris, nèc corrigiis aurò, vel argento ornatis.

Engel

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 1. n. 7.

Murga de Benef. Quæſt. 10. n. 3.

Romaguer. ad Conſtit. Synod. Gerund. lib. 3. tit. 1. cap. 2. n. 40.

Animadvertendum eſt, quod ſupradictæ hujus Clementinæ pœnæ fuerunt per Concilium Tridentinum innovatæ, & hodiè etiam vigent.

Vid. meam Collectan. ad C.T. Seſſ. 14. de reform. cap. 6. in fin.

Scitu dignum, quod ab hujuſmodi Clementina *Quoniam* ſuā recipit interpretationem Conſtitutio Sa: Me: Sixti V. incipiens *ut Sacroſanctam* relata in Tom. 2. Bullar. in ordine la 91.

Lotter. de re Benef. lib. 3. quæſt. 26. n. 96.

Hac eadem Conſtitutione indicitur ipſo jure Clericis Penſionum privatio ob non inceſſum in habitu, & tonſura.

Lotter. de re Benef. lib. 1. quæſt. 42. n. 52.

Rota in S. Severinæ Penſionis 11. Januarii 1751. §. 5. coram Cardinal. Caprara.

S. Severini Canonicatus 3. Martii 1747. §. 4. coram Cardinali Millino.

Ad hoc autem ut locum habeat penſionum privatio ob non inceſſum in habitu, & tonſura requiritur non unica habitus dimiſſio, ſed perſeverantia, & ut pro laico communitèr exiſtimetur.

Fagnan. in cap. Siquis n. 26. de For. Compet.

Schmalſgmeber in Jus Canon. lib. 1. tit. 1. §. 2. n. 36.

Reinfenſtuel. in Jus Canon. ad eumd. tit. §. 4. n. 115.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. ſub n. 14. Verb. Excuſaretur pag. 132.

Barboſa de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat. 9. n. 20.

Rota in Arboren. Penſionis 28. Junii 1723. §. Quo vero coram Criſpolto.

Sancti Severini Canonicatus 3. Martii 1747. §. 7. coram Cardinal. Millino.

Item requiritur, quod Penſiones excedant annuos ducatos ſexaginta auri de Camera, ut declaravit idem Summus Pontifex in altera ſua Conſtitutione, quæ incipit *Paſtoralis* relata per *Piaſec. in prax. Epiſcop. pag.* 130.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 1. n. 8. pag. 188.

Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. n. 56.

Garz. de Benef. par. 1. cap. 15. n. 11.

Tondut. de Penſion. cap. 33. n. 20.

Sperel. deciſ. 166. n. 37.

Rota in recent. deciſ. 279. n. 15. par. 6.

Regien. Penſionis 19. Januarii 1750. §. 6. coram Vicecomite.

S. Severinæ Penſionis 7. Junii 1751. §. 10. coram Cardinal. Caprara.

Digitized by Google

TITULUS II.

De Præbendis, & Dignitatibus.

CAPIT. PRIMUM.

SI dignitatem habenti de alia provideri mandemus diſpenſantes cum eo, ut ſimul utramque valeat retinere: [1] de animarum cura de illis, vel alteri earum imminet non habita mentione, gratia hujuſmodi velut ſubreptitia [2] nullius penitus eſt momenti: quamquam confectis ſuper ea litteris ſit inſertum, quod animarum [3] cura [ſi Dignitatibus ipſis, vel alteri earum immineant] nullatenius negligatur: Ad hoc ſi alicui provideri mandemus de Dignitate ad cujuſcumque, vel quorumcumque collationem, proviſionem, ſeu quamvis diſpoſitionem aliam in certa Eccleſia pertinente, quam intra Menſem duxerit acceptandam, inhibentes illi, vel illis, ad quorum collationem, proviſionem, ſeu electionem Dignitates in ipſa Eccleſia pertinere [4] noſcuntur, ne interim ad collationem ipſarum ſeu proviſionem procedant, vel quemquam eligant ad eaſdem; de Dignitate, ad quam conſuevit quis per electionem aſſumi, impetranti non poterit provideri: Cum in conceſſione gratiæ [ad quam non augendam, ſed ad ſequendam debent quæ de inhibitione [5] ſequentur referri nullam de electione fecerimus mentionem.

(1) Sciendum eſt, quod Dignitates plures Eccleſiaſticas poteſt quis per diſpenſationem retinere.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.2.

Bonifacius de Vitalinis ſuper eadem Clementin. n.7.

(2) Nota quod diſpenſatio hujuſmodi, nulla habita Curemention quæ alteri dignitatem imminebat nullius eſt momenti, & gratia redditur ſubreptitia.

Car-

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. num. 1.

Caſſador.deciſ.12. num.1.tit. de Præbend.

Rebuff. in Regul.67.Cancellar. pag. 536. impreſſ. poſt Prax. Benef.

Rota deciſ. 650. n. 1. par. 1. Diverſor.

Cor. Ludoviſio dec.450.n.2.

Procedit nedùm reſpectu diſpenſationis, ſed etiàm proviſionis proindeque utraque gratia tàm proviſiva, quàm diſpenſativa ſubreptionis labe remanet infecta.

Rota deciſ.483. n. 3. coram Seraphino.

Uladiſlavien. Abbatiæ 14.Junii 1743. §.3. coram De Caniſliac.

[3] Advertendum, quod de Cura non cenſetur facta ſufficiens mentio ex eo, quod in gratia dicitur, quod *animarum cura ſi qua imminet nullatenus negligatur*.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 3.

Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. Gloſ.6. n.5.

Rota deciſ. 450. n. 9. coram Ludoviſio.

Ea viva ratione, quia expreſſio beneficii curati fieri quidem debet per verba diſpoſitiva, non verò per conditionalia.

Tondut. Quæſt. & Reſol. Benef. par.2. cap.2. §.3. n.18.

Et ideò ad hoc ut animarum cura in gratia contineatur, neceſſe quidèm eſt, ut individualitèr narretur, & ſpecifica de illa mentio habeatur.

Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. Gloſ.6. n.14.

Rota deciſ. 583. n. 5. coram Dunozet. Jun.

Coram Molines deciſ. 709. n.9. tom.3.

[4] Nota quod Dignitas electiva non compræhenditur in gratia ad dignitatem pertinentem ad quamlibet diſpoſitionem quorumcumque; ideoque debet individualiter narrari.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Papæ reſcripta pag. 644.

Fagnan. in Cap. Nullus de Elect. n.7.

Caſſador. deciſ. 12. n. 2. tit. de Præbend. ubi quod impe trans dignitatem exprimere debet, quod ſit electiva.

Sciendum eſt, quod quemadmodum clauſula ad finem reſcripti poſita, ſcilicèt ſuper executione, non alterat, nec primariæ diſpoſitionis vim immutat.

Aldrobrandin. Conſil. 93. n. 11. tom. 1.

Curt. Jun. Conſil. 249. n. 2. & ſeq. tom. 3.

Caſſador. deciſ.5. n. 3. in fin. tit. de Conceſſ. præbendæ.

(5) Ità clauſula inhibitionis non ampliat gratiam, quià apponitur ad illam exequendam, & non ad augendam.

Cardinal. Zabarel. ſuper hac Clementin. §. Ad hoc num. 2.

Notandum eſt, quod hujuſmodi Clementina locum habet, quando in Clauſulis executivis obitèr, & incidenter de aliquo fit

Digitized by Google

mentio, quod principali ſub diſpoſitione haûd continetur, ex quo in hoc caſu id non alterat, nec principalis naturam immutat; Non verò quando in executivis aliqua principalitèr additur qualitas, quæ principali in diſpoſitione expreſſa minimè fuit, quia illa dubio procul principalem qualificat diſpoſitionem, & immutat.

Barboſa in Leg. Quæ dotis 34. ff. ſolut. matrim. num. 119. tom. 2. pag. mihi 355.

Felin. in Cap. Licet n. 7. de Offic. Jud. Ordin.

CAPIT. SECUNDUM.

PER litteras a Sede Apoſtolica, vel Legatis ipſius ſuper proviſione [1] quorumlibet Clericorum directas de Xenodochiis, Leproſariis, ſeu Hoſpitalibus (etiamſi Eccleſias, vel Cappellas, Decimas, aut alia ſpiritualia jura noſcantur [2] habere) nulli poſſe decernimus provideri, niſi hoc in Apoſtolicis literis caveatur expreſſè[3].

(1) Sub literis generalibus ſuper Clericorum proviſione non includuntur Xenodochia, Leproſaria, Eleemoſynaria, & Hoſpitalia.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. n. 7. pag. 169.

Petrus de Ancherano ſuper hac Clementina n. 1.

Thomaſſin. de Benefic. par. 1. lib. 2. cap. 91. n. 6. pag. 487.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Beneficium quodcumque pag. 71.

[2] Nec eorum Eccleſiæ, & jura Spiritualia.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. §. 5. ſub. n. 58. Verſ. ſimilitèr in fin. pag. 212.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 5.

(3) Procedit etiamſi ſub quavis verborum forma demandata appareat proviſio, niſi ſpecifice in ipſis litteris mentio fiat recenſitis locis.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. n. 2.

Andreas Barbatia Conſil. 65. Vol. 3. in princip.

Tondut. Quæſt. & reſol. Benef. par. 2. cap. 1. §. 7. n. 7.

Piaſec. prax. Epiſcop. par. 2. cap. 5. Verſ. Signanter pag. 309.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 3. n. 82.

Nota 1. quod locum ſibi vindicat hujuſmodi *Clementina*, quando

do papa in ſuis literis generalibus mandat provideri Clericis; non verò quando ipſemet Papa in ſuis literis providet.

Andreas Barbatia in dicto Conſil. 65. n. 1. & ſeqq. ubi multa ad explicationem hujus Clementinæ.

Nota 2. quod Clementina iſthæc ſedem non habet in Religioſis.

Grazia de Benef. par. 1. cap. 3. n. 6.

CAPIT. TERTIUM.

SI plures obtinens Dignitates aliam Dignitatem, aut Beneficium curam animarum habens acceptet, diſpenſatione ſuper hoc legitimè non obtenta, (1) ejus poſſeſſione adepta pacificè, (2) Dignitates, quas prius habebat ipſo facto vacare cenſemus. Sicut ſi Dignitatem (3) unicam obtinenti alia ſimilis conſerretur, ejus pacifica poſſeſſione habita prima de jure vacaret.

[1] Nota quod ſi alicui duo habenti incompatibilia beneficia tertium ſinè diſpenſatione conferatur, vacant ipſo facto omnia prima.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 12. Verb. Beneficium curatum n. 19. fol. 186. tom. 1.

Garzias de Benef. par. 11. cap. 5. n. 70. & 76.

Ventrigl. Prax. Eccleſ. tom. 1. Annot. 17. §. 1. n. 9.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. n. 68.

(2) Notandum quod ad hoc, ut dictorum beneficiorum inducta cenſeatur, poſſeſſio tertii debet eſſe undiquè pacifica cum plena, & libera fructuum perceptione.

Tondut. quæſt. & reſol. Benef. par. 2. cap. 5. §. 6. n. 1.

Garzias de Benef. par. 11. de cap. 5. n. 115. & ſeq.

Rota deciſ. 657. n. 1. par. 2. Recent.

Burgen. Canonicatus 4. Maii 1742. §. 17. coram Cardinal. Millino.

(3) Sciendum quod Præbendam ſecundam obtinens ratione dignitatis obtentæ perdit primam.

Lauræa in Epitom Canon. Verb. Præbenda pag. 681.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. n. 26. pag. 362.

Animadverſione dignum, quod S. C. T. *in Seſ. 7. cap. 4., & ſeſſ. 24. cap. 17.* damnavit omnem qualiumcumque Beneficiorum ſi-

perfluam pluralitatem.

Vid. meam Collectaneam ad C. T. in recenſitis *Seſſ*. 7. & 24.

Recenſita Clementina *ſi plures* nihil diſponit quando ad tempus diſpenſatio conceditur.

Rota deciſ. 81. n. 4. coram Veralla.

CAPIT. QUARTUM.

SI Romanus Pontifex de Beneficio alicui motu proprio provideat, de Beneficiis, quæ obtinet non habita mentione, proviſionem, ſeu gratiam hujuſmodi fore validam declaramus, (1) qualiacumque fuerint Beneficia, Dignitates, aut Perſonatus cum cura, vel ſine cura, & in numero quantocumque, quæ is habebat, cum ſibi pro-viſio facta fuit (2).

(1) Quamvis nulla irritaque ſit alicujus Beneficii impetratio vel a Summo Pontifice, vel ejus Legato obtenta ſi impetrans alia, quæ poſſidet Beneficia non expreſſerit, ut habetur ex *Clement. Et ſi de Offic. Judic. Ordinar.* idem tamen Viennenſe Concilium in hac, qua de agitur Conſtitutione, valere decernit proviſionem de Beneficio: quam Romanus Pontifex *motu proprio* indulſerit, licet nulla de aliis, quæ proviſus habet, beneficiis facta ſit mentio.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. ſub n. 55. Verſ. alter effectus. pag. 211.

Cabaſſut. in Notit Hiſtor. Concilior. n. 10. pag. 491.

Gonzalez in Decretal. tom. 1. cap. 8. n. 15. de Reſcript.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Beneficia plura pag. 77. & 79.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 1.

(2) Nota quod proviſio hujuſmodi ſuas habet vires qualiacumque fuerint beneficia, & in numero quantocumque.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 2.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 1. tit. 27. Verſ. Sed multum pag. 118.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. pag. 184. tom. 1. n. 6.

Digitized by Google

CAPIT. QUINTUM.

SI de Beneficio ad cujuſcumque Epiſcopi collationem ſpectante alicui conferendo ſcribamus, (1) ſibi illud conferri non poterit, cujus collatio ex negligentia ipſius Epiſcopi ad ejuſdem Capitulum devoluta exiſtit, (2) licet provideri ſibi poſſit de illo etiam, cujus ad ipſum Epiſcopum ex ſui Capituli, vel alterius cujuſcumque, ſive ad Nos ex ipſius Epiſcopi, & aliorum in hoc eidem ſuccedentium negligentia, collatio fuerit devoluta (3).

(1) Nota, quod Papa poteſt per literas ſuas quorumcumque Epiſcoporum beneficia conferre, & mandare conferri.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

[2] Per Epiſcopi negligentiam beneficii collatio ad Capitulum devolvitur.

Petrus de Ancharano in loco ſupra citat. ſub n. 14.

Caſſador deciſ. 8. ſub n. 4. tit. de Præbend.

[3] Notandum, quod ſi beneficium a Capitulo fuerit ad Epiſcopum vel Papam devolutum, poteſt dubio procul ab Epiſcopo provideri.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Papæ reſcipta pag. 645.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. pag. 287. n. 20.

CAPIT. SEXTUM.

SI juxtâ noſtri formam mandati Canonicatum, & Præbendam Eccleſiæ Rutinenſis adeptus, Dignitatem, quam duxerit acceptandam ibidem expectet. Archidiaconatum inibi poſt vacantem non obſtante quod certa ſit ſibi annexa Præbenda, poterit acceptare: primaque Præbenda hoc ipſo vacabit, (1) quod ſecundam cum Archidiaconatu prædicto pacifice (2) fuerit aſſecutus.

(1) Scien.

(1) Sciendum, quod adeptus in Eccleſia dignitatem annexam habentem præbendam, perdit primam quam in illa habebat, præbendam.

Ferret. Conſil. 255. n. 4. Vol. 2.

Ventrigl. Prax. Eccleſ. tom. 1. Annot. 17. §. 3. in princip.

Garzias de Benef. par. 11. cap. 5. §. 2. n. 182.

Bonifacius Vitalin. ſuper hac Clementina n. 22. cum ſeqq.

Abbas Panormitanus ſuper hac met Clementina n. 5.

(2) Procedit poſt adeptam pacificam ſecundi Beneficii poſſeſſionem.

Pariſius de reſignat. Benef. lib. 3. quæſt. 1. n. 129. & ſeq.

Garzias de Benef. par. 11. cap. 5. n. 115. & ſeq.

Tondut quæſt. & Reſol. Benef. par. 2. cap. 5. §. 6. n. 21.

Rota in recent. deciſ. 657. n. 1. par. 2.

Nota quod Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum beneficiato ut duos in eadem Eccleſia habeat Canonicatus, vel duas Præbendas, aut Dignitates.

Hojeda de Incompatibil. par. 1. cap. 20. n. 2. inter tractat. magn. pag. 139. tom. 15. par. 1.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 3. n. 12.

TITULUS III.

De Conceſſione Præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis.

CAPIT. UNICUM.

CUm ei, quem in ſcientia reputamus idoneum, ſi per inquiſitionem executoris ſibi deputati a Nobis repertus fuerit eſſe vitæ laudabilis, & converſationis honeſtæ de Beneficio certi valoris alicui provideri mandamus, adiicientes, quod de Beneficio minoris valoris poſſit eidem, ſi voluerit provideri, ac ex tunc etiam inane decernentes, & irritum ſi ſecus a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari: quia Decretum hujuſmodi in eventum dumtaxat prædictarum conditionum ſuum ſortitur effectum, antequam extet prima conditio (1). Be-

(1). Beneficium prætaxati valoris, & etiam minoris priuſquam ſuam impetrans ſuper valore hujuſmodi voluntatem declaret, conferre liberè poterit per Ordinarium, aut alium Executorem a nobis ad providendum de tali Beneficio deputatum (2). Secus autem fore cenſemus, cum decreto appoſito alicui provideri mandamus de Beneficio, quod intra Menſem a vacatione ipſius notitia duxerit acceptandum: ut appoſitio Menſis ejuſdem aliquid afferat impetranti (3). Quin etiam Beneficium, quod acceptare poterat, petendo ſibi per ſuum Executorem conferri, aut recipiendo ſibi præſenti: collatum ipſum ex hoc acceptare, & collationem talitèr ſibi factam valere cenſemus. Cæterum ut tàm diuturnis vacationibus, quam fraudibus, & litibus occurratur: prædictæ vacationis notitiam impetrantem interpretamur habere, ex quo ipſa vacatio in loco, vel Eccleſia hujuſmodi Beneficii publicè nota erit (4). Imputet quidem ſibi, ſi hoc caſu, quo de ipſius commodo agitur, id quod per ſe vel per alium ſcire potuerit, ignoravit (5).

[1] Nota, quod Papæ decretum juxta gratiam conditionalem appoſitum non prius afficit, quam purificata exiſtat conditio, ſub qua fuit gratia facta.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.6.

[2] Scitu dignum, quod Papa mandante, ut alicui provideatur de Beneficio certi valoris, vel de minori valore ſi velit providendus, ſi vacante minori providendus adhùc ſe non declaravit, libera facta eſt Ordinario facultas illud conferendi.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Papæ reſcripta pag.645,

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom.3. n.23.pag.287.

(3) Si verò mandat, ut infra menſem aliquis provideatur, & decretum irritans fuerit appoſitum collatio per Ordinarium, aut quemlibet alium intra præfixum tempus peracta nullius obtinet roboris firmitatem.

Lancellot.Inſtit. Canon.lib.1. tit.27. §. Dies pag.117.

Rubeus Singular.par.5. ſuper hac Clementin. tom. 2. n. 6. pag. 518.

Rota deciſ. 2. de Conceſſ. Præbend. in Nov.

Notandum quod hujuſmodi Cle-

Clementina quum fundetur in notitia, & non in vacatione; ideoquè dumodò intra menſem a die habitæ notitiæ fiat beneficii acceptatio, ſatisfactum eſt intentioni Papæ.

Spada Conſil. 65. n. 6. tom. 2.

Caſſador. deciſ. 3. n. 2. de Conceſſ. Præbend.

(4) Ad occurrendum fraudibus, & litibus, & ne Vacationum proviſio diù differatur, ſat eſt ſi publica de Vacatione notitia habeatur.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Papæ reſcripta pag. 645.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. n. 25. pag. 287.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 1. tit. 27. §. Interpretamur pag. 117.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 13.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Beneficium artic. 12. n. 22.

[5] Quilibet indagare præſumitur, & ſcire id, quod ad ejus ſpectat commodum.

Rubeus Singular. par. 5. tom. 2. ſuper hac Clementin. n. 5. pag. 618.

Rota deciſ. 287. n. 2. coram Puteo.

Nota 1. quod non valet impetratio niſi a die, quo publicè beneficii vacatio nota fuit, dum antèa illud tempus ceſſat veriſimilis notitia.

Tondut. Quæſt. & Reſol. Beneſ. par. 3. Cap. 170. n. 23.

Rota deciſ. 248. n. 4. par. 3. coram Veralla.

Nota 2. quod hujuſmodi Clementina locum habet non ſolùm in forma gratiæ ſpecialis, ſed etiam in forma pauperum poſt purificationem.

Rubeus ſingular. par. 5. tom. 2. ſuper hac Clementina n. 7.

Rota in Antiq. deciſ. 47. n. 1. de Conceſſ. Præbend.

Item procedit in illo, qui non habet jus in Beneficio, non autèm in eo qui habet jus plenum per regreſſum in dicta vacatione.

Rota deciſ. 109. n. 7. par. 3. coram Veralla.

Tandèm quando agitur de amittendo jure quærendo, non autem de jure jam quæſito.

Sperel. deciſ. 107. n. 3. tom. 2.

TI.

TITULUS IV.

De rebus Eccleſiæ non alienandis.

CAPIT. PRIMUM.

MOnaſteriorum , & aliarum adminiſtrationum regularium diſpendiis occurrere cupientes, perpetuo prohibemus edicto , nequis religioſus monaſterio, prioratui, Eccleſiæ, ſeu adminiſtrationi e vivis præſidens jura, redditus, aut poſſeſſiones ejusdem alicui ad vitam ejus, ſeu aliud certum tempus (1) pecunia etiam inde recepta quovis modo concedat : niſi neceſſitas, aut utilitas (2) monaſterii, prioratus, Eccleſiæ, aut adminiſtrationis hujuſmodi hoc expoſcat conventus ſui, aut ſi conventum non habeat prælati proprii aſſenſu ad hoc nihilominùs accedente. Si quis autem contra hoc fecerit pænam ſuſpenſionis ab officio eo ipſo incurrat, (3) nec ex conceſſione ipſius recipienti jus aliquod acquiratur. Verùm præmiſſa ad locationes, vel etiam reddituum aut fructuum venditiones ad tempus modicum (4) faciendas declaramus ullatenùs non extendi.

(1) Nota, quod Regulares, qui Monaſterio, aut Prioratui præſunt non poſſunt ejuſdem Monaſterii res ad vitam accipientis, ſeù aliud certum tempus alienare, pecunia etiam indè recepta.

Moneta de Commut. ultim. Volunt. cap. 11. n. 364. pag. 1594.

Covaruvias var. reſol. lib. 2. cap. 16. n. 3.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 42. n. 33.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. par. 2. cap. 5. Verb. Alienatio.

Paſſerin. de Homin. ſtat. tom. 1. quæſt. 185. art. 7. n. 221.

[2] Limita concurrente Monaſterii neceſſitate, & utilitate cum conſenſu Conventus, vel Prælati proprii.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 5. & 16.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 5. n. 31. Verſ. Cauſæ juxtæ.

P Rebuſſ.

Rebuff. in Compend. alien. rer. Eccleſ. n. 9.

Pignatel. Conſult. Canon. to. 6. conſult. 95. n. 250.

Ferrari in Bibliotheca Canonic. artic. 2. n. 1.

Not. 1. , quod utilitas ipſa adeò debet eſſe clara, & manifeſta, ut nullam valeat dubietatem admittere.

Abb. in Cap. ad aures num. 4. de reb. Eccleſ. non alien.

Honded. conſil. 37. n. 9. lib. 2.

Rota deciſ. 65. n. 17. par. 2. Diverſor.

In recent. deciſ. 242. n. 5. & 12. par. 7.

Coram Emerix. jun. deciſ. 840. n. 12.

Nullius ſeu Romana Manutentionis 1. Julii 1729. §. Hinc coram De Valentibus.

Nota 2. quod ultra utilitatem claram, & manifeſtam copulativè requiritur pro validitate alienationis rerum Eccleſiæ etiam Beneplacitum Apoſtolicum.

Eugen. Conſ. 27. n. 1.

Turricel. de reb. Eccleſ. non alien. cap. 8. n. 8. & ſeqq.

Ricc. in Prax. For. Eccleſ. reſol. 7. n. 3.

Rota in recent. deciſ. 631. n. 1. par. 2.

Coram Durano deciſ. 238. n. 27.

Coram Dunozet. jun. deciſ. 51. n. 24.

Coram Merlino deciſ. 764. n. 9. & deciſ. 775. n. 18.

Coram Cardinal. Creſcentio deciſ. 45. n. 1. tom. 1.

Cavallicen. Molendini & Aquarum 8. Februar. 1732. §. 5. coram Cardin. Millino.

Not. 3. quod utilitas in alienatione rerum Eccleſiæ ſpectari quidèm debet relativè ad ipſummet initi contractus tempus, non habita ratione de alio anteriori.

Cardinal. de Luca de alienat. diſc. 1. n. 80.

Ricc. in Prax. For. Eccleſ. reſol. 29. n. 1. & ſeq.

Panimolla deciſ. 60. adnot. 2. n. 12.

Rota deciſ. 366. per tot. coram Seraphino.

Anagnina Emphytenſis 3. Martii 1732. §. Quælibet coram Cardinal. Aldrovando.

Not. 4. quod ad ſubſtinendam rerum Monaſterii non exempti alienationem non ſufficit Abbatis authoritas.

Covaruvias Var. Reſol. lib. 1. cap. 3. n. 9.

(3) Animadvertendum, quod Regulares Monaſterii bona alienantes ſine Conventus conſenſu & abſque neceſſitatis cauſa ſuſpenduntur ab officio, nullumque ex tali conceſſione jus acquiritur accipienti.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 5. Verb. Alienatio.

Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 13. n. 28.

Zerol. in Prax. Epiſcop. Verb. Alienatio par. 2.

Ventrigl. in Prax. For. Eccleſ. tom. 1.

tom.1. Annot.1. §.4. n.22.

(4) Poſſunt tamen locare, & fructus vendere ad modicum tempus.

Clericat. Inſtit. Canon. lib. 2. tit.17. Verſ. Quoad Secundum.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 12.

Covarr. Var.reſol. lib.2. cap. 16. n.1.

Paſtor.de Benef.Eccleſ. lib.3. tit.42. n.13.

Milazo aſſert. Jur. Aſſert. 34. n. 7.

Panimolla deciſ. 60. Adnot. 3. n. 11.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n.45.

Rota in Lauretana, ſeu Recinaten. Fabricæ 3. Julii 1733. §. Conſenſui coram Cardinali Calcagnino.

Notatu dignum, quod alienationis nomine venit etiam locatio ad longum tempus.

Turricel. de reb. Eccleſ. non alien. cap. 1. n.6.

Rota deciſ. 26. n. 3. par. 2. Diverſor.

In recent. deciſ. 319. n. 20. par.4. tom.2.

Coram Puteo deciſ.411. n.1. lib. 1.

Sciendum eſt, quod nullitas contractus initi a Prælato Monaſterii abſque Beneplacito Apoſtolico non poteſt a tertio opponi, quia Contractus tunc dicitur nullus, quando idem Prælatus vult nullitatem opponere, & ita eſt intelligendus textus hujus Clementinæ. *Monaſteriorum*.

Merlin. Pignatel. Controv. Forenſ. cap.19. ſub n.12.

Advertendum deniquè eſt, quod Prælatus ſuperior regularis dicitur habere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ut non obſcurè depromitur ex hujuſmodi Clementinæ verbis = Prælati *proprii*.

Cened. Quæſt. Canon. 38. n.35.

Lotter. de re Benef. lib. 1. quæſt.28. n.114.

CAPIT. SECUNDUM.

SI una Eccleſia alteri Eccleſiæ ſeu dignitati alicui vel Præbendæ per Epiſcopum, ſuo conſentiente Capitulo uniatur (1), aut religioſo loco donetur ex eo quod rector ipſius ad hoc vocatus, vel ſi vacabat, defenſor ei ſuper hoc datus non extitit, nequaquam id poterit impugnari (2). Quod ſi Epiſcopus (ſui etiam Capituli accedente conſenſu) Menſæ ſuæ, vel ipſi Capitulo (3) aliquam duxerit Eccleſiam uniendam: hoc irritum eſſe decernimus & inane, contraria quavis conſuetudine non obſtante.

Digitized by Google

(1) Clemens hujus nominis Quintus amplam Viennenſi in Concilio conceſſit Epiſcopo facultatem uniendi Eccleſiam alteri Eccleſiæ, ſeu Dignitati, vel Præbendæ, accedente ſui Capituli conſenſu.

Oldrad. Conſil. 183. n. 1.

Alexander Conſil. 219. n. 1. lib. 6.

Ventrigl. in Prax. For. Eccleſ. tom. 2. Adnot. 8. §. 1. n. 1.

Rebuff. in Prax. Benef. in Regula de Union. Gloſ. 11. n. 2. pag. 188.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. unio pag. 862.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 12. n. 11. pag. 226.

Nota 1. quod cum licentia Sedis Apoſtolicæ facienda nunc eſt recenſita unio.

Lauræa in loco ſupra citato.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. n. 2. pag. 697.

Nota 2. quod unio ſine Capituli conſenſu peracta nullitatis labe infecta remanet.

Geminian. Conſil. 87. in princip.

Garzias de Benef. par. 12. cap. 2. §. 1. n. 166.

Rota deciſ. 133. n. 2. par. 2. Diverſor.

[2] Animadvertendum, quod abſque conſenſu Rectoris, vel Defenſoris vacante Eccleſia poteſt Epiſcopus Eccleſiam unire, & donare.

Tondut. quæſt. & reſol. Benef. par. 3. cap. 156. n. 5.

Barboſa de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat. 66. n. 20.

Lotter. de re Benef. lib. 1. quæſt. 28. n. 6.

Turricel. de Union. Benef. cap. 9. n. 32. & 33.

Rota in recent. deciſ. 165. n. 2. par. 5. tom. 2.

Coram Mentica deciſ. 87. n. 6.

Et ratio ea eſt, quia quemadmodum per talem unionem nullum Rectori affertur præjudicium, dum ſuum non ſortitur effectum, niſi ſequuto illius obitu; ità ejus non intereſt vocari.

Lotter. de re Benef. lib. 1. quæſt. 28. n. 171.

Turricel. in loco ſupra citato n. 44.

Rota deciſ. 133. n. 13. par. 2. Diverſor.

In recent. d. deciſ. 565. n. 3.

(3) Sciendum, quod Epiſcopus, ſui etiam accedente Capituli conſenſu, non poteſt menſæ ſuæ, vel ipſi Capitulo aliquam unire Eccleſiam, ſed Papæ authoritas requiritur.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 12. n. 11. pag. 226.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. par. 1. tit. 4. n. 11.

Garzias eod. tit. par. 12. Cap. 2. §. 1. n. 168.

Ventrigl. in Prax. For. Eccleſ. tom. 2. Annot. 7. §. 1. n. 1.

Procedit quando unio fit Capitulo principaliter, & directè, in quo ſanè caſu locum ſibi vindicat diſpoſitio *Clement. Si una de Reb. Eccleſ. non alienand.* §. *final.* Secùs autem quando unio in conſequentiam,

tiam, & indirectè eſt in Capituli utilitatem.

Garzias de Benefic. par. 12. cap. 2. §. 1. n. 169.

Rota deciſ. 133. n. 7. par. 2. Diverſor.

Coram Peutingerio deciſ. 124. n. 10.

TITULUS V.

De Rerum Permutatione.

CAPIT. UNICUM.

NE conceſſione juris utentibus præſertim circa ſpiritualia illudatur, (1) ſi qua Beneficium ex cauſa permutationis ab aliquibus reſignata, aliis, quam ipſis permutare volentibus conferantur, (2) nullius hoc eſſe volumus firmitatis.

[1] Nota, quod non debet quis decipi juris auctoritate.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina num. 1.

(2) Advertendum, quod Beneficia ob permutationem reſignata, non ſunt alteri conferenda, quàm permutantibus, aliàs nulla eſt collatio.

Gonzalez in cap. 8. ſub n. 11. circa med. de rer. permut. ubi ad Gloſ. in Verbo Volumus.

Granannier in Decretal. pag. 420. n. 12.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Beneficiorum reſignatio.

Bellamer. de Permut. Benef. quæſt. 4. n. 7., & par. 2. quæſt. 3. n. 10. in tractat. magn. tom. 15. par. 1. fol. 191. & 196.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 11. n. 11.

Aeneas de Falconib. de reſerv. Benef. Effect. 3. n. 6. tom. 15. par. 1. fol. 253.

Paravin. in Polyanth. Sacror. Canon. tit. 19. Verb. Beneficiorum permutatio n. 4. tom. 1. pag. 199.

Chokier de permut. Benef. Cap. 2. ſub n. 10. & cap. 20. n. 6.

Notandum, quod permutatio quum ſub alienationis nomine ſtricto etiam modo comprehendatur; proindeque inconſultò Romano Pontifice, & abſque ejus aſſenſu omnimodè irritatur.

Text. in cap. ſine exceptione 12. quæſt. 1., & in cap. 2. de rer. permutat.

Fagnan. in cap. Nulli n. 34. de reb. Eccleſ. non alien.

Cardinal. Petra in Conſtit.

quinta Pauli II. ſect. 1. n. 13. tom. 5.

Rota coram Molines deciſ. 776. n. 1. & 2.

Compoſtellana Permutationis 7. Junii 1748. §. 7. coram Viceco-mite.

Locum habet hujuſmodi regula etiamſi agatur de permutatione Bonorum, non ſolum inter Laicos, ſed etiam duas inter Eccleſias, quia talis permutatio deſtituta Beneplacito Apoſtolico eſt penitùs irrita.

Corrad. in prax. lib. 9. cap. 10. n. 8.

Cardinalis de Luca de Alienat. diſc. 1. n. 104. & diſc. 54. n. 7.

Panimolla deciſ. 54. n. 10. tom. 1.

Sperel. deciſ. 154. n. 22.

Rota in recent. deciſ. 474. n. 1. par. 13.

Coram Caprara deciſ. 346. n. 16.

D. Compoſtellana Permutationis 7. Junii 1748. §. 8. coram Vicecomite.

TITULUS VI.

De Teſtamentis & ultimis Voluntatibus.

CAPIT. UNICUM.

Religioſis (1) etiam exemptis deputatis ad executionem cujuslibet ultimæ voluntatis, circa ipſius executionis, officium (quod utique non poſſunt, niſi a Superiore ſuo petita ſuper hoc licentia, & obtenta (2) ſuſcipere) volentes præſcindere materiam delinquendi: præſentis conſtitutionis auctoritate ſtatuimus, quod tales (etiamſi Prælationis fungantur officio) locorum Ordinarii debitam reddere; (3) ipſique Ordinarii ab eiſdem abſque dolo fraude, ſeu negligentia de ſuſceptæ executionis officio teneantur exigere rationem: illos, quos circa id deliquiſſe repererint, in aliorum exemplum pæna debita (quocumque non obſtante privilegio) punituri (4).

[1] Nota, quod Religioſi poſſunt eſſe ultimarum voluntatum exequutores.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

Ventrigl. in Prax. rer. Eccleſ. par. 2.

Digitized by Google

par. 2. Annot. 28. §. 2. n. 55. Verſ. Et non ſolùm.

Reiffenſtuel. in Jus Canon. tom. 3. tit. 26. de teſtam. n. 777. pag. 496.

Fagnan. in Decretal. lib. 3. cap. Tua Nobis n.18. de Teſtament.

[2] Notandum, quod religioſus exequutoris officium exercere minime poteſt, niſi ſuo a Superiore petita licentia, & obtenta.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 4.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Teſtamentorum executio pag. 828.

De Luca ad Gratian. ad diſcept. 123. n. 3.

Capon. diſcept. forenſ. 31. ſub n. 3. Verſ. Quod ſit tom. 1.

[3] Religioſi teſtamentorum exequutores tenentur exequutionis ſuæ rationem Epiſcopo reddere.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. ſub n. 50. Verſ. Regularis. pag. 190.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. n. 7. pag. 632.

Procedit etiamſi tales Religioſi ſint exempti.

Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 80. n. 48.

Frances de Eccleſ. Cathedral. cap. 25. n. 120.

Ponimolla deciſ. 12. adnotat. 6. n. 12.

(4) Si Religioſi in teſtamentorum exequutionem, quam geſſerunt deliquerint poſſunt ab Epiſcopo puniri.

Amoſtaz de Cauſ. Piis. lib. 5. cap. 7. n. 20.

Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 29. n. 120.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. n. 7. pag. 632.

Ventrigl. in Prax. rer. Eccleſ. par. 1. adnot. 48. §. Unic. n. 116.

Pignatel. Conſult. Canon. tom. 3. Conſ. 9. n. 7. in fin.

TITULUS VII.

De Sepulturis.

CAPIT. I.

EOs qui propriæ temeritatis audacia Defunctorum corpora, non ſine contemptu Clavium Eccleſiæ in Cæmeteriis interdicti (1) tempore in caſibus non conceſſis a jure, vel excommunicatos publicè, aut nominatim (2) interdictos, vel uſurarios manifeſtos ſcientèr ſepellire præſumunt: decernimus ipſo facto excommunicatio-

cationis (3) ſententiæ ſubiacere, a qua nullatenus abſolvantur, niſi prius ad arbitrium Diæceſani Epiſcopi eis, quibus per præmiſſa fuerit injuria irrogata, ſatisfactionem exhibuit competentem: (4) nullo eis circa proemiſſæ exemptionis vel quovis alio privilegio ſub quacumque forma verborum conceſſo aliqualiter ſuffragante (5).

[1] Cautum in hac Clementina reperitur, eſſe ipſi facto excommunicatos, qui interdicti tempore in Cæmeteriis in caſibus a jure non conceſſis, vel excommunicatos publicè, aut interdictos, vel uſurarios manifeſtos ſcientèr ſepellire præſumunt.

Abbas Panormitanus in 5. Decretal. de Sepultur. cap. 3. n. 3.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 6. cum ſeqq.

Girald. Ad Theſaur. de Pen. Eccleſ. par. 2. cap. 5. Verb. Sepelientes pag. 387.

Engel. in Jus Canon. lib. 5. tit. 39. n. 100.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 40. n. 27. pag. 423.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Sepelire. pag. 795.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. n. 11. pag. 572.

Lupi de Uſur. Commentar. Quart. n. 11. pag. 140.

Clericat. Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 24. Verſ. Quo ad ultimum.

Ferrari Bibliothec. Canonic. Verb. Excommunicatio contra omnes artic. 4. n. 14.

(2) Procedit in excommunicato, vel interdicto defuncto *nominatim* denunciato, vel notorio Clerici percuſſore, ut habetur ex Extravag. *Ad evitanda*.

Antonel. de regimin. Eccleſ. lib. 1. cap. 12. n. 60.

Sayr lib. 3. cap. 35. n. 9. de Cenſuris.

Filiuc. tractat. 14. n. 71.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 28. n. 19.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. in loco ſupra citat. Verſ. Limita ſecundò.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 8.

[3] Nota 1. quod non ſunt hujuſmodi Perſonæ abſolvendæ, niſi Epiſcopi arbitrio ſatisfecerint.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 24. §. Si quis autem pag. 222.

Pignatel. Conſult. Canon. tom. 2. Conſult. 59. n. 1.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap. 27. n. 7.

Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 13. Verb. Cenſura.

[4] Nota 2. quod Clementina iſthæc quæcumque abrogat privilegia.

Lotter. de re Benef. lib. 1. quæſt. 24. n. 273. & fin.

C A-

Digitized by Google

CAPIT. SECUNDUM.

DUdùm a Bonifacio Papa Octavo Prædeceſſore Noſtro infraſcripta edita Decretali, Benedictus Papa Undecimus Prædeceſſor Noſter aliam illius revocatoriam promulgavit; quæ quia (ut probavit effectus) nedum pacis ab Auctore ipſius ſperatæ fructum non attulit, quinimò diſcordiæ, pro qua ſedanda proceſſerat, fomentum non modicum miniſtravit. Nos eam omnino caſſantes, aliam a præfato Bonifacio editam ſacro inſtante & approbante Concilio innovamus (1): ſubijcientes tenorem illius, qui dignoſcitur eſſe talis: Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Super Cathedram præeminentiæ Paſtoralis Divina diſponente Clementia conſtituti: Etſi multis & arduis, quæ in amplum Romanæ Curiæ Alvum undique confluunt, quaſi Torrens, prægravemur negotiis, curis excitemus innumeris, cogitationibus plurimis diſtrahamur; Circa id tamen ferventibus votis intendimus, vacamus inſtantiùs, ac operoſæ ſtudium ſolicitudinis impartimur, ut ad Divini Nominis gloriam, excitationem Catholicæ Fidei, & profectum fidelium animarum (reciſis radicibus diſſidiorum vepribus, & litigiorum anfractibus omninò ſubductis) inter Eccleſiarum Antiſtites ad curam, & regimen Grecis Dominici deputatos, cæteraſque Perſonas, quas Ordo Clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, fervor Charitatis exeſtuet, invaleſcat concordiæ unitas, animorum identitas perſeveret: ſcimus enim, & ex evidentia facti colligimus, quod non niſi in pacis tempore benè colitur pacis Auctor: nec ignoramus, quod diſſenſiones, & ſcandala pravis artibus aditum præparant, rancores, & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præbent.

Ab olim ſiquidem inter Prælatos (2), & Rectores, ſeu Sacerdotes, ac Clericos Parochialium Eccleſiarum per diverſas Mundi Provincias conſtitutos ex una parte, & Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratres ex altera (pacis æmula, ſatore zizaniæ procurante) gravis, & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata ſuper prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum confeſſionibus audiendis, pænitentiis injungendis eiſdem, & tumulandis Defunctorum corporibus, qui apud Fratrum ipſorum Eccleſias, ſivè loca noſcuntur eligere ſepolturam.

Nos autem (pii Patris more laudabili) moleſtè ferentes incommoda fidelium, reducentes ad exactæ conſiderationis examen, ac intra pectoris clauſtra ſolicitèr revolventes, quâm ſit plena periculis, quâm onuſta diſpendiis, quamque in Divinæ Majeſtatis conſpectu reddatur exoſa diſcordia ſupradicta. Et propterèa intendentes paternæ ſolicitudinis ſtudio illam prorſus evellere, ac omnimodè ſubmovere, nullis unquam futuris temporibus, favente Domino, ſuſcitandam: grandi quoque deſiderio cupientes, ut hujuſmodi negotium, quod potiſſimùm inſidet cordi noſtro finem ſalubrem, & celerem per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtudium conſequatur, diligenti cum Fratribus noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorem Dei, & exaltationem Catholicæ Fidei, quietum ſtatum partium prædictarum, ac ſalutis animarum Fidelium incrementum, de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinamus, ut dictorum Ordinum Fratres in Eccleſiis, & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant Clero, & Populo prædicare, ac proponere Verbum Dei hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolemnitèr prædicari, in qua prædicare ceſſabunt: præterquam ſi aliud de Præ-

Prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit, ac licentia ſpeciali. In ſtudiis autem generalibus, ubi ſermones ad Clerum ex more fieri ſolent diebus illis, quibus prædicari ſolemniter conſuevit, ad funera etiam Mortuorum, & in Feſtis ſpecialibus, ſivè peculiaribus eorumdem fratrum poſſunt iidem Fratres, & liceat eis liberè prædicare: niſi fortè illa hora, qua ſolet ad Clerum in prædictis locis Dei Verbum proponi Epiſcopus, (3) vel Prælatus Superior Clerum ad ſe generaliter convocaret, aut ex aliqua ratione, vel cauſa urgente Clerum ipſum duceret congregandum. In Eccleſiis autem Parochialibus Fratres illi nullatenùs audeant vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei: niſi Fratres prædicti a Parochialibus Sacerdotibus (4) invitati fuerint, vel vocati, & de ipſorum beneplacito, & aſſenſu, ſeu petita licentia fuerit, & obtenta: niſi Epiſcopus, vel Prælatus ſuperior per eoſdem Fratres prædicari mandaret. (5) Statuimus etiam, & ordinamus auctoritate prædicta, ut in ſingulis Civitatibus, & Diœceſibus, in quibus loca Fratrum ipſorum conſiſtere dignoſcuntur, vel in Civitatibus, & Diœceſibus locis ipſis vicinis, in quibus loca hujuſmodi non habentur, Magiſtri, Priores, Privinciales Prædicatorum, aut eorum Vicarii: & Generales, & provinciales Miniſtri, & Cuſtodes Minorùm, & Ordinum Prædicatorum ad præſentiam Prælatorum eorumdem locorum ſe conferant per ſe, vel per Fratres, quos ad hoc idoneos fore putaverint, humilitèr petituri, ut Fratres qui ad hoc electi fuerint in eorum Civitatibus, & Diœceſibus confeſſiones Subditorum ſuorum confiteri ſibi volentium liberè valeant, & hujuſmodi confitentibus (prout ſecundùm Deum experiri cognoverint) pænitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorumdem. Ac deindè præfati Magiſtri,

Priores, Provinciales, & Miniſtri Ordinum prædictorum eligere ſtudeant Perſonas ſufficientes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas, atque peritas ad tam ſalubre miniſterium, & officium exequendum: quas ſic ab ipſis electas repreæſentent, vel faciant præſentarii Prælatis, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in Civitatabus,& Diœceſibus eorumdem hujuſmodi Perſonæ ſic electæConfeſſiones confiteri ſibi volentes audiant, imponant pænitentias ſalutares & beneficium abſolutionis [impoſterum] impendant, prout ſuperiùs eſt expreſſum: extra Civitates, & Diœceſes, in quibus fuerint deputatæ; per quas eas volumus, & non per Provincias deputari, confeſſiones nullatenùs auditura. Numerus autêm Perſonarum aſſumendarum ad hujuſmodi officium exercendum eſſe debet, prout univerſitas Cleri, & Populi, ac multitudo, ſeù paucitas exigit eorumdem. Et ſi iidem Prælati petitam licentiam confeſſionum hujuſmodi audiendarum conceſſerint: illam præfati Magiſtri, Miniſtri, & alii cum gratiarum recipiant actione, dictæque Perſonæ ſic electæ commiſſum ſibi officium exequantur. Quod ſi fortè jam dicti Prælati, quemquam ex dictis fratribus præſentatis eiſdem ad hujuſmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto, vel ſubtracto, loco ipſius ſimilitèr eisdem præſentandus Prælatis poſſit, & debeat alius ſurrogari.

Si verò iidem Prælati præfatis Fratribus ad confeſſiones (ut præmittitur) audiendum electis, hujuſmodi exhibere licentiam recuſarent: Nos ex nunc ipſis ut confeſſiones ſibi confiteri volentium liberè, liciteque audire valeant, & eiſdem pænitentias imponere ſalutares, atque eisdem Beneficium abſolutionis impartiri gratioſè concedimus de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis (6).

Per

Per hujuſmodi autem conceſſionem nequaquam intendimus perſonis, ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis, poteſtatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo Curatis, vel parochialibus Sacerdotibus eſt a jure conceſſa: niſi forſan eis Eccleſiarum Prælati uberiorem in hac parte gratiam ſpecialitèr ducerent faciendam.

Hujuſmodi quoquè ſtatuto, & ordinationibus noſtris adijcimus, ut Fratres dictorum Ordinum in Eccleſiis, vel locis ſuis ubilibet conſtitutis liberam [ut ſequitur] habeant ſepulturam: videlicèt quod omnes ad eam recipere valeant, qui ſepeliri elegerint (7) in locis, & Eccleſiis memoratis.

Verum ne Parochiales Eccleſiæ, & ipſarum Curati, (8), ſivè Rectores, qui miniſtrare habent Eccleſiaſtica Sacramenta (9), quibus noſcitur de jure competere, prædicare, ſeu proponere Verbum Dei, & confeſſiones audire fidelium debitis, & neceſsariis Beneficiis defraudentur, cum Operariis mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apoſtolica conſtituimus, & ordinamus eadem, ut dictorum Ordinum Fratres de obventionibus omnibus tàm funeralibus, quàm quibuſcumque, & quomodocumque relictis diſtinctè, vel indiſtinctè (10) ad quoſcumque certos, & determinatos uſus, de quibus etiam quarta, ſivè canonica portio dari, ſivè exigi non conſuevit, vel non debet de jure, nec non de datis, vel qualitercumque donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceſserit quomodocumque directè, vel indirectè fratribus, ipſis, vel aliis pro eiſdem quartam partem (quam auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus) parochialibus Sacerdotibus, & Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Curatis largiri integrè teneantur: facturi, & curaturi, quod nec alii, nec aliis, a quibus quarta hujuſmodi minimè debe-

Digitized by Google

deberetur, ad ipſorum fratrum utilitatem, vel commodum hujuſmodi ſint relicta, aut in eos taliter data, vel donata procedant, ſeu quod in morte, vel ab infirmis hujuſmodi dandum, vel donandum fratribus ipſis exiſteret in eorumdem dantium, vel donantium ſanitate ſibi dari, vel donari procurent. In quibus per ipſos vitandis eorum intendimus conſcientias onerare: vel ſi [quod abſit] per Fratres ipſos dolo, vel fraude quicquam in hac parte agi fortaſse contigerit [præter id quod eos propter ea dictis Sacerdotibus, Rectoribus. & Curatis teneri volumus] etiam diſtricta ratio in exſtremi judicii examine requiratur ab eis. Ultra portionem autem hujuſmodi nihil valeant parochiales Rectores, Curati, & Prælati exigere ſupradicti, neque illis dicti Fratres amplius impendere ſint adſtricti, neque ad id, a quoquam poſſint aliqualiter coerceri. Nos & enim (ut in cunctis equalitèr, & pacificè favente Domino procedatur) univerſa Privilegia, (11) gratias, indulgentias, verbo, ſeù ſcripto, ſub quacumque forma, vel expreſſione, ſeu conceptione verborum a nobis, vel Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicumque Ordinum prædictorum conceſſa necnon conſuetudines, conventiones, ſtatuta, & pacta (12) in quantum ſint præmiſſis, vel alicui præmiſſorum contraria, ea penitùs revocamus, vacuamus, caſſamus, & irritamus; quinimò caſſa, vacua, & irrita nuntiamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis. Cæterum univerſos Eccleſiarum Prælatos Cujuſcumque præeminentiæ, ſtatus vel dignitatis exiſtant, ac Sacerdotes parochiales, & Curatos, ſive Rectores prædictos, præſentium tenore rogamus, & hortamur attentè, nihilominuſque eis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus pro Divina & Apoſtolicæ Sedis reverentia prædictos Ordines, & Profeſſores eorum habentes affectu benevo-
lo

lo commendatos, Fratribus ipſis non ſe difficiles. graves, duros, aut aſperos, ſed potiùs favorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales ſe ſtudeant exhibere: ſic eos in prædicationis officio, & propoſitionibus Verbi Dei, ac in omnibus aliis ſupradictis tamquam cooperatores eorum idoneos, & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuoſe admittere non omittant, ut proinde illis æternæ Beatitudinis præmium augeatur, & animarum ſalutis incrementa fælicia procurentur. Nec ipſos lateat, quod ſi secùs ab eis agi fortaſſè contigerit in hac parte; Apoſtolicæ Sedis benignitas, quæ Ordines, & Profeſſores eoſdem ubere favore proſequitur, & gerit in viſceribus Charitas contra eos non immerito turbaretur: nec eadem equanimitèr pati poſſet, quin ſuper hoc proviſionis opportunæ remedium adhiberet, ipſoſque nihilominus cæleſtis indignatio Principis digna pro meritis rependentis, cujus obſequia fratrum ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minimè præteriret.

[1] Sciendum eſt, quod *Bonifacius* hujus nominis *Octavus* providere volens circa effuſiora Mendicantium Ordinum privilegia conſtituit *in Cap. Super Cathedram de Sepult. in extrav. comm.* non poſſe exemptos, atque Mendicantes Regulares prædicare, aut externorum confeſſiones, citra Ordinariorum licentiam, in quorum Diœceſibus verſantur, ullatenùs audire. Nonnulla etiam circa externorum Sepolturas, quæ intra Regularium Eccleſias fiunt, in Eccleſiarum Parochialium gratiam ordinavit. Sed hujuſmodi Bonifacii Decretum fuit ſubindè per Sa: me: *Benedictus XI.* ex Ordine Prædicatorum proximum ejus Succeſſorem abrogatum, ut non obſcurè depromitur *ex Cap. inter cunctas in extrav. comm. de privileg.* Verumtamen. hæc Benedicti abrogatio non diù prævaluit; aſſumpto enim ad Pontificatus apicem Clemente V. immediato ejus Succeſſore fuit in Concilio generali Viennenſi Sanctio recenſiti Bonifacii in priſtinam reſtituta auctoritatem, ut aperte evincitur ex hac *Clementina Dudùm de Sepultur.*

Cabaſſut. in notit. Eccleſ. Hiſtor. Concilior. pag.492. n.20.

Labbei Concil. General. tom. 15. pag. 45.

Lam-

Lambertin. de Synod. Diœceſan. lib. 9. cap. 16. n. 7.

[2] Nota, quod Prælatorum appellatione veniunt tàm Abbates, quàm alii ſimiles Superiores regulares.

Farinac. in prax. Crimin. par. 6. quæſt. 60. n. 546.

Barboſ. in Collectan. ad hanc Clementin. 2. n. 16.

Rota deciſ. 264. n. 6. coram Roxas.

[3] Nota, quod Regulares, præſertim Prædicatores, & Minores liberè poſſunt in Eccleſiis ſuis prædicare illa hora dumtaxat excepta, qua Epiſcopus vult in ea Civitate concionem habere.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Regulares circa Prædicationes pag. 739.

Lambertin. de Synod. Diœceſan. lib. 9. cap. 17. n. 6.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 40. n. 1. pag. 481.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap. 12. n. 6. pag. mihi 83.

Fances de Eccleſ. Cathedral. cap. 18. n. 1. 125. & 166.

Sciendum, quod hodie ex diſpoſitione S. C. T. *in Seſſ.* 5. *cap.* 2. de Reform. Regulares prædicare volentes, etiam in propriis Eccleſiis, præter examen, & ſuorum Superiorum approbationem, tenentur petere benedictionem ab Ordinariis,

Piaſec in prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. n. 41. verſ. Prædicator. p. 174.

Gibert. in Jur. Canon. tom. 2. tit. 13. Sect. 17. n. 1.

Piton. in Diſcept. Eccleſ. tom. 4. diſcept. 101. n. 2.

Panimolla deciſ. 91. adnot. 1. n. 18.

S. C. C. in Firmana Concionatoris 11. Auguſti 1742.

Vid. meam Collectaneam ad dictam *Seſ.* 5. *Cap.* 2. *n.* 12.

Pariter prædicare non valent in Eccleſiis ſuorum Ordinum contradicente Epiſcopo.

Matthæuc. Offic. Cur. Eccleſiaſt. cap. 19. n. 4.

Gavant. in Manual. Epiſcop. Verb. Concio Sacram. n. 4.

Lambertin. de Synod. Diœceſan. lib. 9. Cap. 15. n. 11

Vid. meam Collectaneam ad C. T. *Seſ.* 24. *de ref. Cap.* 4. n. 8.

(4) Nota, quod Fratres recenſiti non poſſunt in Eccleſiis Parochialibus prædicare, niſi, a Parochialibus Sacerdotibus invitati fuerint, vel vocati, ſeu petita licentia, & obtenta.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Regulares circa Prædicationes pag. 739.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 40. n. 2. pag. 481.

(5) Limita in caſu, quo Epiſcopus concedat Fratribus licentiam concionandi in Eccleſiis Parochialibus.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1. Verſ. Nonò nota.

Advertendum eſt, quod multum circa prædicationem eſt hodie reſtricta facultas Regularibus conceſ.

ceſſa ab hujuſmodi Clementina *Dudùm de Sepult.*

Lotter. de re Benef. quæſt.24. n. 85. lib. 1.

Notandum, quod in vim hujus Clementinæ *in* §. *in ſtudiis autem generalibus*, in tribus caſibus, ſcilicet in funeribus defunctorum, in feſtis ſuis peculiaribus, & in generalibus ſtudiis poſſunt Fratres Prædicatores, & Minores prædicare.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 6.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Regulares circa Prædicationes pag. 739.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom.3. tit. 40.n.1.pag.481.

(5) Sciendum, quod olim Miniſtri Ordinis Prædicatorum, & Minorum per ſe, vel Fratres idoneos petebant ab Epiſcopis licentiam, ut ipſi fratres poſſent in eorum Diœceſibus, ubi moram trahebant, Sæcularium confeſſiones audire, & habita licentia ipſimet Superiores approbabant, ut diſpoſitum legitur in hac Clementina *Dudum in* §. *Statuimus*, ubi conceditur etiam, quod Regulares cum ſola præſentatione ad Epiſcopum facta per ſuos Superiores, etiamſi licentiam ab eo non obtinebant, poterant tamen confeſſiones audire ſicut Parochi ex Papæ conceſſione ut *in* §. *Si vero*. At hujuſmodi privilegium fuit primò per C. T. revocatum in *Seſ.* 23. *de reformat. cap.* 5. quo loci ſtatuitur, ut Regulares ſine Ordinarii examine, & approbatione non poſſint Sæcularium etiam Sacerdotum confeſſiones audire.

Fliegen ad Wigandt in Trib. Confeſ. & Ordin. cap. 1. pag. 1.

Lambertin. de Synod. Diœceſan. lib. 9. cap. 16. n. 7.

Cucch. in Inſtit. Major. lib. 5. tit. 4. n. 203.

Rota deciſ. 198. n. 27. tom.1. coram Molines.

Savonen. Aggregationis 16. Aprilis 1714. §. Non revelante coram Cardinal. Scotto.

Vid. meam Collectaneam ad Conc.Trid. in *d.Seſ.*23. *n.* 2. *&* 4.

Secundò idem confirmat *Gregorius XIII. Conſtit.* 9. quæ incipit *In tanta* in qua abrogans omnia privilegia Regularibus conceſſa, revocat ad terminos juris Tridentini: Et tandem *Urbanus VIII.* in altera *Conſtit.* 92. quæ incipit *Cum ſicut* expreſsè demandat, ut Regulares, non poſſint, juxta Tridentini decretum, ſinè Ordinarii examine, & approbatione Sæcularium audire confeſſiones.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Confeſſores Regulares. pag. 201.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom. 1. tit. 8. n.3.pag.457.

Animadvertendum, quod hujuſmodi Clementina *Dudum* quantum ad formam præſentandi Ordinariis Prædicatores, & Minores nullatenus fuit per Concilium Tridentinum in dicta *Seſ.* 23. *de Ref. cap.* 15. revocata; quinimò extitit per ipſum confirmata, & approbata.

Barboſa de Offic. & Poteſt. Epiſcop. par. 2. allegat. 25. n. 47.

Ventrigl. in Prax. Eccleſ. tom. 1. Adnot. 48. §. Unic. n. 47.

Mattheuc. Official. Cur. Eccleſ. cap. 13. n. 2. pag. mihi 86.

(7) Nota, quod Eccleſiæ Regulares habent jus ſepeliendi etiam Cadavera Extraneorum ibidem habentium, vel eligentium ſepulturam.

Amoſtaz de Cauſ. Piis lib. 6. cap. 3. n. 1.

Ugolin. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. cap. 17. n. 2.

Cardinal. Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom. 2. fol. 195. n. 19.

Rota in Recent. deciſ. 477. n. 3. & dec. 489. paritèr n. 3. par. 19. tom. 2.

Coram Cardinal. Tanario deciſ. 256. n. 1. tom. 2.

Barchinonen. Jurium Parochialium 13. Januarii 1730. §. 29. coram Cardinal. Aldrovando.

(8) Nota quod quarta debetur utique Parochis in premium laborum, & propter adminiſtrationem Sacramentorum, & iſta contrahitur in ipſo nativitatis initio, nempè ex Baptiſmatis ſuſceptione.

Amoſtaz de Cauſ. Piis lib. 6. cap. 3. n. 42.

Barboſa de Offic. & poteſt. Paroch. par. 3. cap. 25. n. 2.

Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſcept. 925. n. 6.

Pignatel. Conſult. Canon. tom. 6. Conſ. 88. n. 7. & Conſ. 3. n. 1. & 2. tom. 8.

Rota deciſ. 480. n. 9. coram Merlino.

Romana Juris tumulandi 20. Februarii 1702. §. Hinc coram Cardinal. Priolo impreſ. apud Piton. diſcept. Eccleſ. 51. tom. 2.

Ruben. Juris tumulandi 6. Julii 1732. §. Final. coram Cardinal. Millino.

(9) Auximanu, ſeù Æſina Quartæ Funeris 29. April. 1767. §. 3. 4. & 5. coram R.P.D. Riminaldo.

Ne Parochialium Eccleſiarum Rectores, quibus animarum cura incumbit, debitis fraudentur ſubſidiis in hac Clementina ſtatutum eſt, ùt Fratres Prædicatores, & Minores de omnibus obventionibus qualitercumque ante, & poſt occaſione funeris datis, vel relictis eorum Eccleſiis, teneantur indiſtinctè parochialem perſolvere portionem, aut aliam, quam locorum conſuetudo præfixit.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 15. §. Sed illud pag. 227.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 14. n. 12. pag. 726.

Pignatel. Conſult. Canon. tom. 4. Conſ. 225. n. 5.

Tamburin. de Jur. Abbat. quæſt. 17. n. 1. tom. 1.

Clericat. Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 25. Verſ. Verùm quia.

Vaneſpen Jur. Eccleſ. univ. par. 2. tit. 38. de Sepultur. cap. 5. n. 30. & ſeq.

Rota in Florentina Quartæ Funeralis coram Caffarello.

Gerunden Unionis ſuper Jure nominandi, & celebratione Funerum 28. Junii 1728. §. Progrediendo,

do. coram Cardinal. Aldrovando.

Wilnen. Quartæ Funeralis 5. Martii 1751. §.4. coram Cardinal. Matthæjo.

Nota, quod quemadmodùm recenſita Clementina loquitur de funeralibus *relictis*, ita compræhendere minimè valet funus non factum.

Rota deciſ. 621. n.43. tom.2. coram Molines.

Coram Cardinal. Caprara dec. 76. n. 2. & 3.

Item nec funus in Eccleſia tumulante celebrandum, cujus quidem celebratio unicè reſervata remanet Clero ejusdem Eccleſiæ tumulantis.

Rota in dicta Gerunden. Unionis §. Non obſtante coram eodem Cardinal. Aldrovando.

(10) Privilegia Regularium, & præſertim Ordinis Prædicatorum, & Minorum, quibus a Summis Pontificibus donati fuerunt propter ſingularia eorum merita, & labores non exiguos, ſublata fuere in eo, quod quartam reſpicit funeralium a Concilio Viennenſi ſub Clemente V. relato in hac Clementina *Dudum*.

Spada Conſil. 20. n. 6. tom.3.

Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 28. n. 13. in fin.

Rota in recent. deciſ. 263. n. 4. par. 5.

Coram Cardinal. Creſcentio deciſ. 151. n. 4. tom. 2.

Coram Sa. Mem. Clemente XIII. deciſ. 30. n. 23. tom. 1.

Procedit quoad illa tantùm Monaſteria quadraginta annis antè Concilium Tridentinum erecta, & quod totidem annis ſoluere conſueverint, non verò quoad poſtea fundata.

Matthæuc. de Official. Cur. Eccleſ. cap. 42. n. 7.

Rota in Wilnen. Quartæ Funeralis 6. Junii 1749. §. 2. coram de Canilliac. & 5. Martii 1751. §. 4. coram Cardinal. Matthæjo.

[11] Concilium Viennenſe in hac Clementina derogat etiam pactis, & conventionibus inter partes initis.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.40. circa fin.

Rota in recent. deciſ. 655. n.4. par. 3.

Nota 1. quod Clementina *Dudùm* in iis, quæ juri communi adverſantur eſt ſtricte intelligenda.

Petrus de Ubaldis de Canonic. portion. cap. 4. n. 15.

Rota deciſ. 621. n. 42. tom.2. coram Molines.

Not. 2. quod licet ultra F. F. Prædicatores, & Minores, de quibus Clementina præciſe loquitur, non ſit extendenda hujuſmodi Conſtitutio.

Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 28. n. 13.

Tamen eſt etiam extenſa ad Fratres Eremitas S. Auguſtini & Carmelitas.

Lapus Abbas de Tuctis ſuper hac Clementina n. 3.

Nota 3. quod Clementina *Dudum* locum habet in Eccleſiis jam conſtructis, non verò in conſtruendis.

Rota in recent. deciſ. 489. n. 11. par. 19. tom. 2.

TITULUS VIII.

De Decimis, Primitiis, & Oblationibus.

CAPIT. PRIMUM.

Religioſi quicumque, qui Novalium, aut alias Decimas Eccleſiis debitas ad eos, ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes appropriare ſibi præſumpſerint, aut exquiſitis fraudibus, ſivè coloribus uſurpare: ſeu qui de animalibus familiarium, & Paſtorum ſuorum, vel aliorum etiam animalia ipſa eorum Gregibus immiſcentium: ſeu qui de animalibus, quæ in fraudem Eccleſiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus, vel aliis ab ipſis tenenda: ſeu qui de terris, quas tradunt aliis excolendas Decimam ſolvi Eccleſiis non permiſerint, aut prohibuerint. (1) niſi poſt requiſitionem per eos, quorum intererit, ſuper hoc eis factam a præmiſſis deſtiterint intra Menſem, (2) aut ſi de his, quæ contra præmiſſa uſurpare, vel retinere præſumpſerint, intra duos menſes [3] damnificatis Eccleſiis emendam non fecerint competentem, ſint, & tamdiu maneant ab officiis, adminiſtrationibus, & Beneficiis ſuis ſuſpenſi, donec deſtiterint, & ſatisfecerint, ut ſuperius eſt expreſſum. Quod ſi Religioſi hujuſmodi adminiſtrationes vel beneficia non habeant, eo caſu, quo alii ſupradicti ſuſpenſionis, ipſi ſententiam excommunicationis incurrant (4) antè ſatisfactionem condignam nullatenus abſolvendi: privilegiis non obſtantibus quibuſcumque.

Cœterùm præmiſſa extendi nolumus ad Animalia, quæ per Religioſorum ipſorum donatos, ſeù oblatos tenentur, dum

dum tamen illi Religioſis eiſdem cum effectu donaverint, aut obtulerint ſe, & ſua [5].

(1) Religioſi appropriantes ſibi decimas aliis Eccleſiis debitas aut exquiſitis fraudibus uſurpantes ſeu immiſcentes bona, animalia familiarum, & Paſtorum ſuorum, ut eos a decimarum ſolutione liberent, remanent omnibus officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis ſuſpenſi.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 40. n. 28. pag. 423.

Moneta de Decimis cap. 5. n. 19.

(2) Nota, quod ad incurrendas pænas hujus Clementinæ requiritur, quod præcedat requiſitio ejus, cujus intereſt, & poſt requiſitionem in illo, qui non permittit, vel prohibet, ſufficit ad evitandas pænas ceſſatio intra Menſem.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 13. & ſeq.

[3] Sed in uſurpante, & appropriante requiritur emenda infra duos Menſes.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Regulares circa Decimas pag. 737.

Paravicin. in Polyanth Sacror. Canon. tom. 3. tit. 36. n. 13. pag. 478.

[4] Notandum, quod ſi Religioſi Beneficium non habent ſunt excommunicatione plectendi, ante ſatisfactionem condignam nullatenùs abſolvendi, privilegiis non obſtantibus quibuſcumque.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. Par. 2. cap. 1. pag. 163.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 40. n. 28. pag. 423.

Campanil. in Diverſ. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 13. n. 157.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Excommunicatio contra Regulares artic. 4. n. 7.

Sayr. de Cenſuris lib. 3. cap. 33. n. 24.

(5) Sciendum, quod hujuſmodi Clementina non procedit quoad animalia, quæ per Religioſorum ipſorum donatos, ſeù oblatos tenentur, dum tamen illi oblati verè, & non ficte Religioni ſe, & ſua obtulerint.

Moneta de Decimis cap. 5. n. 19. in fin.

Thæſaur. de Pæn. Eccleſ. Par. 2. Verb. Decimæ cap. 1. pag. 140.

Rota in recent. deciſ. 493. n. 1. par. 4. tom. 1.

CAPIT. SECUNDUM.

SI Beneficiorum (1) Decima cuivis ſimplicitèr concedatur ad tempus ſecundum taxationem Decimæ in illis partibus, in quibus fiat conceſſio, conſuetam, (2) & ad monetam currentem comunitèr ipſa decima levari poterit, & debebit (3). Nec per collectores, levatores, ſivè Exactores ipſius Decimæ, Eccleſiarum Calices, libros, & alia ornamenta Divinis officiis deputata, ex cauſa Pignoris vel diſtractionis capi, rel recipi volumus, nec diſtrahi, ſeu quomodolibet occupari (4).

(1) Sciendum eſt, quod Decima, de qua in hac Clementina agitur, ſolvitur de Beneficiis.

Moneta de Decimis cap. 9. n. 17.

(2) Et ſecundum taxationem conſuetam eſt exigenda.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.2.

(3) Nota 2. quod decima, quæ in pecunia debetur ſolutio eſt facienda de pecunia conſueta, & in loco currente.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Decimæ beneficiorum p.232.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1.° tit. 18. n. 1. pag. 525.

Notandum, quod ſi ſubindè moneta, quæ de tempore contractus currebat, amplius non inveniatur, ſupplenda tunc eſt cum alia moneta alteri correſpondente.

Leuren. in Jus Canon. lib. 3. tit.23. n.2. de Solut.

Rota in Romana, ſeu Savonen. Fideicommiſſi ſuper Executione rei judicatæ quoad valorem Ducati 5. Februarii 1745. §. 6. coram Vicecomite.

Idem quoque judicium eſt ferendum de Decimarum præſtatione facienda juxta menſuram conventam, quæ ſi deinde temporum viciſſitudine in deſuetudinem abiiſſe comperiatur, ſupplenda in hoc caſu erit vel cum alia proportionata menſura, vel ope æſtimationis eidem correſpondentis.

Rota in Leopolin. Decimarum 28. Februarii 1746. §. 4. coram de Canilliac.

(4) Sciendum quod Decimarum Exactores, ſivè Collectores non poſſunt capere libros, Calices, & ornamenta Eccleſiaſticum ad uſum deputata.

Petrus de Ancharano ſuper hac

hac Clementina n.5.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Decimarum Collectores pag. 232.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. tit. 19. n. 1. pag. 525.

TITULUS IX.

De Regularibus, & Tranſeuntibus ad Religionem.

CAPIT. PRIMUM.

UT Profeſſores cujuſvis paupertatis (1) eo libentiùs in qua ſunt vocati vocatione perſiſtere, tranſeuntesque ad non Mendicantium Ordinem in eodem converſari quietiùs ſtudeant, quo in ipſis diſcordiarum, & ſchiſmatum productiva ambitio (2) reprimetur: Sacro Concilio approbante ſtatuimus, Mendicantes quoslibet, qui ad non Mendicantium Ordines, etiam auctoritate Apoſtolica tranſibunt impoſterum, quive hactenùs tranſiverunt, quamvis nunc Prioratus, adminiſtrationes, vel officia, aut curam Animarum, vel regimen quodcumque obtineant inhibi, vocem, aut locum in Capitulo non habere (3), etiamſi hoc ſibi ab aliis liberè concedatur.

Ad Prioratur quoquè, Adminiſtrationes, aut quæcumque in antea non aſſumi officia, etiam tamquam Vicarios, ſeù Miniſtros, vel locum aliorum tenentes: quodque animarum curam, & regimen, nec pro ſe poſſint, nec pro aliis exercere (4). Quicquid autem in contrarium attentatum fuerit, ſit irritum ipſo jure, quovis privilegio non obſtante (5).

Ad illorum autem Mendicantium Ordines, quos Apoſtolica Sedes eo modo ſubſiſtere voluit, ut eorum profeſſoribus ita in illis remanere liceret, quod nullum

ex

ex tunc admittere ad profeſſionem eorum, quibuſcumque conceſſit licentiam generalem ad approbatos alios Ordines tranſeundi, præſentem nolumus conſtitutionem extendi (6).

(1) Nota, quod Mendicantes, de quibus verba facit hujuſmodi Viennenſis Conſtitutio, intelligendi ſunt de illis ex inſtitutione, fundatione, ſive regula, quemadmodum ſunt Prædicatores, Minores, Eremitæ S. Auguſtini & Carmelitæ.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

Paſſerin. de Homin. Stat.tom. 3.quæſt.189. art. 8.n.150.pag.390.

Zerol. in Prax. Epiſcop. par. 2. Verb. Mendicantes.

[2] Ambitio ſicuti diſcordias parit, & ſchiſmata producit, ità eſt omninò reprimenda.

Petrus de Ancharano in loco ſupra citato n. 2.

[3] Ad coercendum præſumptum Religioſorum ambitum ſtatutum fuit in hujuſmodi Clementina *Vt Profeſſores*, quod Mendicantes etiam licitè, & cum licentia Sedis Apoſtolicæ ad non Mendicantes tranſeuntes nèc jus ſuffragii, aut locum in Capitulo habere valeant.

Paſtor de Benef. Eccleſ. tit. 5. n. 6. pag. 19.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Regulares circa tranſitum. pag. 742.

Lancellot. in Inſtit. Canon.lib. 1. tit. 30. §. Mendicantibus. pag. mihi 153.

Murga de Benef. quæſt. 2. n. 218.

(4) Item nec Prioratus, Adminiſtrationes, aut officia quæcumque etiam tamquam aliorum Vicarii obtinere, nec animarum curam pro ſe, vel pro aliis gerere.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 31. n. 62 pag. 313.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 48. n. 11. pag. 486.

Maranta Controv. Jur. tom. 4. reſponſ. 89. n. 18.

Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſcept. 270. n. 13.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. n. 145.

(5) Et in contrarium acta irrita omninò ſunt, non obſtante quocumque privilegio.

Girald. ad Theſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. cap. 4. n. 5. pag. 351.

[6] Advertendum, quod in hac, qua de agitur, Clementina excipiuntur Ordines, ſi qui ſunt, qui non ſolùm ſunt a Sede Apoſtolica ſimplicitèr approbati, ſed illis eſt etiam prohibitum, quominùs aliquem ad habitum, & profeſſionem admittant, ipſique poſſunt ad quemvis aliquem ordinem tranſire.

Paſſerin. de Homin. Stat. tom. 3. quæſt. 189. art. 8. n. 157. pag. 391.

Not.

Not. 1., quod quamvis Mendicantibus prohibitus ſit ad non Mendicantes tranſitus ſine Sedis Apoſtolicæ licentia, poſſunt tamen illi abſque ope hujus licentiæ ad Cartuſianos tranſire.

Bartholom. de Vecchis de admit. Novit. diſput. 15. dub. 5. n. 14.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 31. n. 62.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 4. Col. 2. in fin. pag. 350.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 1. tit. 30. §. Mendicantibus pag. mihi 153.

Not. 2. quod ſub hujuſmodi Clementina compræhenſæ non remanent Moniales Ordinis Prædicatorum, Minorum, aut alteriùs Ordinis Mendicantium.

Paſſerin. de Homin. Stat. tom. 3. quæſt. 189. art. 8. n. 154. pag. 390.

Not. 3. quod Clementina iſthæc locum tantùm habet, quando Mendicantes licitè ad non Mendicantes tranſeunt, de quibus expreſſe agit. Conſtitutio dicta.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 4.

Murga de Benef. quæſt. 2. n. 218.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 3.

CAPIT. SECUNDUM.

EOs qui deinceps in diſcretionis (1) conſtituti ætate Novitiorum habitum in aliqua Religione per annum portaverint, hoc ipſo Religionem illam decernimus eſſe profeſſos: (2) niſi hujuſmodi habitus in colore, ſciſſura, vel forma ſe diſtinctum patentèr exhibeat ab habitu Profeſſorum (3).

(1) Nota, quod annus quartus ſupra decimum in Maſculo, & duodecimus in fœmina dicitur ætas diſcretionis.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 52.

[2] Scitu dignum, quod profeſſio tacita ex ſola habitus indiſtincti delatione inducitur, quando nempè Novitius per annum continuum ac expleto ætatis ſuæ anno decimo ſexto illum defert.

Text. in cap. 1. de Regular. in 6.

Capon. Controv. forenſ. 14. n. 15.

Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. diſcept. Cap. 640. in fin.

Maranta Controv. Jur. tom. 3. reſponſ. 53. n. 22.

Menocch. de Præſumpt. lib. 6. præſumpt. 83. n. 25.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 1. tit. 30. §. Tacitè pag. mihi 149.

Engel in Jus Canon. lib.3. tit. 31. n. 25.

Sanctarel. Var. reſolut. quæſt. 48. n. 52.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Habitus n. 7.

Rota deciſ. 178. n. 17. coram Carillo.

[3] Non procedit recenſita regula, quando Novitiorum habitus eſt patentèr diſtinctus tam in colore, & ſciſſura, quam etiam in forma.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 2.

Capon. Controv. for. 14. n. 16.

Gratian. diſcept. forenſ. cap. 640. n. 22. to. 4.

Maſcard. de Probat. tom. 3. Concluſ. 1237. n. 15.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. n. 7. pag. 445.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. n. 63.

TITULUS X.

De Statu Monachorum, vel Canonicorum Regularium.

CAPIT. PRIMUM.

NE in agro Dominico [1] ſacra videlicet Monachorum nigrorum (2) Religione indecorum aliquid obrepat, aut vitioſum quicquam pernicioſè in ſegetem coaleſcat, ſed ut in illa potiùs flores honoris, & honeſtatis fructus in ubertate ſuccreſcant: eis in veſtibus inordinatum omnem, ſeu exquiſitum ornatum, aut cultum, necnon in cibis, & potibus, equitaturis, & lectiſterniis, quemvis notabilem interdicentes exceſſum.

Statuimus, ut ſuperior Veſtis ipſorum habitui proxima, nigri, bruni, aut albi coloris exiſtat, juxta morem apud eos ſervari ſolitum, in Regione, qua degunt: nec in qualitate panni regularis excedatur modeſtia, nec quæratur, quod pretioſiùs, & ſubtilius, ſed quod utilius valet inveniri. Sit etiam Veſtis ipſa rotunda per circuitum, & non ſciſſa, nec longitudine nimia, aut brevitate notanda: Largas etiam Manicas habeat uſque

uſque ad pugnum protenſas, non conſutitias, vel quomodolibet botonatas. Almutiis de panno nigro, vel pellibus Caputiorum loco cum Caputiis habitus, quem geſtaverint, ſint contenti: juxta tamen diſpoſitionem Abbatis, [3] ſciſſis ſuper humeros, & honeſtis caputiis uti poſſint.

In Veſtibus ſendatum pro foderaturis non portent. Aeſtivalibus largis, aut botis altis pro calceamentis utantur. Nullus Zonam, Cultellum, calcaria cum ornatu deferre, aut cum ſella clavorum ornatu decorata ſuperfluo, vel nimis aliâs ſumptuoſa, ſivè cum fræno ferraturam ad ornatum habente æquitare præſumat (4).

Rursùs in locis, in quibus fuerit congregatio duodecim Monachorum, aut ſupra; infra ſepta Monaſterii Abbas, Prior, aut aliâs Præſidens portet floccum de panno pro flocis, aut Cucullis in ipſo Monaſterio conſueto: Monachi verò alii in Monaſteriis, in quibus flocos ſoliti ſunt portare, debent etiam uti eis. In aliis autem Monaſteriis, & intra Domos, aut alios Prioratus, ubi non eſt tanta congregatio Monachorum Cucullas clauſas, & honeſtas deferant. Cum verò Abbates, Priores, aut alios Præſidentes, & Monachos alios extra Monaſterium proficiſci contingat Flocum, Cucullam, aut Cappam clauſam habeant, & ſubtus Cappam, ſi eam portaverint, Cucullam deferant, aut ſi maluerint Scapulare. Cum autem ad ſerviendum in Divinis officiis albis, vel ſacris veſtibus induentur, aut cum occupabuntur in operibus, uti eis liceat Scapulari.

Verum ne ex diverſa acceptione, quam in diverſis Regionibus hujuſmodi Vocabula, flocus videlicet, & Cuculla, dicuntur habere hæſitandi circa præmiſſa materia relinquatur: Cucullæ nomen habitum longum, & amplum, ſed manicas non habentes: Nomine vero floci habitum, qui longas & amplas habet manicas, nos

intelligere declaramus [5].

Sanè ſingulis Menſibus tâm in Monaſteriis, quàm extrà (ſublata occaſione quacumque) ad confeſſionem ſaltem ſemèl accedant omnes, & ſinguli Monachi (6). & in prima Dominica Menſis cujuſdam in Monaſteriis ſemper comunicent: niſi ex cauſa forte, quam Abbati, Priori, aut Pœnitentiariis Monaſteriorum non differant intimare, eornmque judicio vel abſtineant, vel accedant (7). Regula quoquè cum in Capitulo legitur ab illo, qui præeſt ipſi Capitulo, vel alio, cui hoc ipſe injunxerit, proptèr juniores vulgaritèr (8) exponatur. Novitiis etiam fidelis deputetur inſtructor tâm in Divinis officiis, quâm in obſervantia regulari [9]. Porrò a Venationibus, & aucupationibus omnes ſemper abſtineant: nèc eis inteteſſe, aut Canes, vel Aves venaticos per ſe, vel alios tenere præſumant, nec a familiaribus ſecum morantibus teneri permittant, [10] niſi ſaltus, vivaria, vel garenas proprias, vel jus venandi in alienis haberent, in quibus Cuniculi, vel færæ aliæ forſan eſſent, quo caſu hoc eis (11) permittitur dum tamen intra Monaſteria, ſeu Domos, quas inhabitant, aut eorum clauſuras vènaticos Canes non teneant, nec Venationi præſentiam exhibeant perſonalem (13).

Si quis autèm præmiſſorum temerarius extiterit violator, regulari ſubjaceat diſciplinæ: & nihilominus ſi ſotulares non corrigiatos, & altos, aut Caputia (ut præfertur) non fiſſa portare præſumpſerit, ſi quidem Abbas, vel Prior non habens Abbatem proprium fuerit, per annum ſe noverit a Beneficiorum collatione ſuſpenſum: Si verò alius fuerit, ab adminiſtratione, ſi quam obtinet, ſit per annum ſuſpenſus. Quod ſi nullam habeat, eo ipſo per annum reddatur inhabilis ad adminiſtrationem in Eccleſiaſticum beneficium obtinendum [14].

Si qui vero eorum venationi, aut aucupationi clamoſæ,

moſæ,

moſæ, vel aliâs cum Canibus, aut Avibus ex propoſito interfuerint, juxtà præmiſſam Perſonarum diſtinctionem dictarum ſuſpenſionis, & inhabilitatis pœnas per biennium ipſo facto incurrant. Abbate autèm, vel Priore a collatione (ut præmittitur) Beneficiorum ſuſpenſo, ad Priorem Clauſtralem cum conſilio, & aſſenſu Conventus, vel majoris partis ipſius, eorumdem Beneficiorum collatio devolvatur (15).

Quia vero nonnulli Monachorum ipſorum [ſicut accepimus] ſuavi jugo obſervantiæ regularis abiecto, interdum (propriis relictis Monaſteriis ſe in eis ſecurè morari non poſſe fingentes, vel alio colore quæſito) per Curias Principum evagando diſcurrunt: & niſi a Prælatis eorum petita penſio, vel ſubventio aſſignetur eiſdem, conſpirantes in illos, eiſque proditionem, vel alia gravia imponentes, eos capi, & incarcerari, ipſorumque Monaſteria comburi procurent, & interdum Monaſteriorum ipſorum bona in totum, vel in partem non modicam occupare præſumant: Nos eorum in hac parte reprobis auſibus obviare volentes hoc edicto perpetuo prohibemus, ne Monachi, aut Regulares Canonici adminiſtrationem aliquam non habentes ad Curias Principum abſque ſpeciali Prælatorum ſuorum licentia ſe conferre præſumant (16). Quod ſi ut ſuis Prælatis, aut Monaſteriis damnum aliquod inferant, ad dictas Curias ſe conferre præſumpſerint, excommunicationis ſententiam (17) eos incurrere volumus ipſo facto. Prælatis eorum diſtrictè nihilominùs injungentes ut ipſos prædictarum Curiarum acceſſu, & aliis quibuslibet vagationibus, & diſcurſu diligentèr compeſcere, ac ſuper hoc non parentes eiſdem ſeverè corrigere non omittant. Præfatæ quoquè ſententiæ Monachos infra Septa Monaſteriorum ſinè licentia Abbatum ſuorum arma tenentes decernimus ſubjacere (18).

Ad

Ad hæc Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes perpetuò prohibemus Edicto, ne Monachi ſinguli in ſingulis ſibi commiſſis adminiſtrationibus, vel Prioratibus habitare præſumant (19). Sed ſi proventus Prioratuum, ſeu adminiſtrationum hujuſmodi duobus fortè non ſuppetant: iidem Prioratus, ſeu adminiſtrationes, niſi per Abbates ad ſuſtentationem duorum ſufficientes reddantur, locis aliis vicinioribus ad eorum Monaſteria pertinentibus, vel ipſorum Monaſteriorum officiis, aut inter ſe invicem, prout erit commodiùs cum conſilio, & aſſenſu Abbatum per locorum ipſorum Ordinarios uniantur Monachis locorum, quæ aliis unientur Prioribus ad Clauſtrum primitùs revocandis, & Clericis ſervitutis ibidem, de locorum ipſorum proventibus proviſione debita facienda [20]. Cæterùm Prioratus Conventuales alicui, niſi vigeſimum quintum (21) annum attigerit; alii verò curam animarum habentes, & ſi Curam ipſa per Sæculares habeat Presbyteros exerceri, cuiquam niſi vigeſimum annum (22) peregerit, conferri nequeant, aut committi. Qui autèm Prioratus ipſos, vel illos habuerint, intra annum computandum a tempore collationis, ſeu commiſſionis ſibi factæ de eis, & poſſeſſionis eorum adeptæ, vel intra vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum, ſi ante annum ipſum non conventuales Prioratus eis commiſſi fuerint, aut collati ſe faciant ad Sacerdotium promoveri (23). Quod ſi (ceſſante rationabili cauſa) non fecerint, eo ipſo, nulla etiam monitione præmiſſa, prædictis Prioratibus ſint privati, qui ipſis iterum ea vice nullatenùs conferantur. Sanè Prioratus aliquis, ſivè adminiſtratio committi alicui, vel conferri non poſſit, niſi expreſsè profeſſus fuèrit [24] ordinem Monachalem: Neque Prioratus, aut adminiſtrationes extra Monaſteria obtinentes, permittantur in Monaſteriis, ſed teneantur in ipſis Prioratibus, ſeu adminiſtrationibus

tionibus (quacumque non obſtante conſuetudine) reſidere niſi ex Studiorum, vel alia cauſa rationabili ad tempus forte ab hujuſmodi reſidentia excuſentur (25).

Ad ampliationem autèm Cultus Divini ſtatuimus, quod Monachi quilibet admonitionem Abbatis ſe faciant ad omnes Ordines Sacros (excuſatione ceſſante legitima) promoveri (26). Rurſùs ut ipſis Monachis proficiendi in ſcientia, via opportuna non deſit, in ſingulis, ipſorum Monaſteriis, quibus ad hoc ſuppetunt facultates, idoneus teneatur Magiſter, qui eos in primitivis ſcientiis inſtruat diligentèr (27).

Præmiſſa igitur omnia, & ea nihilominus, quæ fœlicis recordationisn Inocentius Papa Quartus Prædeceſſor noſter circa ſtatum Monachorum ipſorum pro uberiori cultu obſervantiæ regularis quo ad uſum Camiſiarum, abdicationem (28) proprietatis, ſilentium, & eſum (29) Carnium, ac de eorum Capitulis de triennio in triennium celebrandis, & etiam quoad quælibet alia ſtatuit (quæ omnia innovamus, & approbamus) expreſſe: Volumus, & ſtatuimus firmitèr obſervari.

[1] Monachorum religio ager Dominicus in hac Viennenſi Conſtitutione meritò appellatur, quia in ea vita ducitur contemplativa, in qua ſpiritualia effunduntur ſemina, ut fructum ſubinde reddant centuplum.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

Bonifacius de Vitalinis ſuper eadem Clementina n. 2. & 3.

(2) Notandum quod ſub Monachorum nigrorum appellatione compræhenſi tantùm remanent Benedictini, qui dicuntur Monachi nigri.

Bonifacius de Vitalinis ſuper recenſita Clementina n. 18.

Rota in recent. deciſ. 399. n. 2. par. 12., & deciſ. 105. n. 1. part. 13.

Ob eam rationem, quia in ſuæ religionis exordio ex regulæ ſuæ præceptis illi veſtes nigras induebant.

Cardinalis Zabarella ſuper hujuſmodi Clementina in principio.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. n. 12.

Gulielm. de Monte Lauduno ſuper hac Clementina n. 2.

[3] Re-

[3] Recenſiti Monachi nigri tenentur portare deſuper veſtes nigri, ſeu bruni coloris, quæ nec in qualitate panni, neque in ſubtilitate modeſtiam excedant. Eorumque veſtis ſuperior debet eſſe non ſciſſa, ſed rotunda, latas habens manicas, & longas uſquè ad pugnum non botonatas. Et juxta Abbatis diſpoſitionem uti debent Caputiis.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 8. n. 3. pag. 107.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Monachi S. Benedicti pag. 561.

(4) Nota, quod Monachorum calceamenta modeſta eſſe debent; nec Zona, cultellis, calcaribus cum ornatu, aut ſellis ſuperfluitate decoratis uti valent.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Monachi S. Benedicti. pag. 562.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 8. n. 3. pag. 107.

(5) Sciendum, quod Cucullarum genus duplex eſt: alterum nempè longum, & latum, ſinè manicis, & Cappuccium ſeù Cappa appellatur; Alterum verò longum, & amplum cum manicis, quod denominatur flocus.

Rota in recent. deciſ. 399. n. 1. par. 12., & deciſ. 105. n. 1. part. 13.

Notatu dignum, quod Conſtitutio *Clementinæ ne in Agro* deferens Monacis nigris Cucullam amplam, talarem, & manicatam ſemper fuit inviolabilitèr obſervata.

Rota in recent. d. deciſ. 105. n. 10. part. 13.

(6) Singulis menſibus Monachi præfati debent confiteri.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. *Sanè* in princip.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hujuſmodi Clementina §. *Sanè* n. 1.

Abbas Panormitanus ſuper hacmet Clementina n. 13.

(7) Et in prima Dominica menſis omnes Euchariſtiam ſumere tenentur, niſi ex cauſa legitima Superiori nota abſtinere aliquis debeat.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Monachi Benedictini pag. 562.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 8. n. 5. pag. 107.

Nota, illam dici Principem Menſis Dominicam, quæ juxtà vulgi interpretationem immediatè, & illicò advenit poſt Kalend. cujuslibet Menſis.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina §. *Sanè* n. 5.

Campanil. Diverſ. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 16. n. 51.

(8) Propter juniores, & rudes eſt regula vulgariter exponenda.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. *Sanè* n. 8.

Cardinalis Zabarella ſuper eadem Clementina §. *Regula* n. 2.

(9) Fidelis dandus eſt Novitiis inſtructor, qui eos divinis de Officiis, regularique diſciplina inſtruat.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Monachi Benedicti pag. 562.

Paravicin. in Polyanth. Sacror.

cror.Canon.to.3.tit.8.n.6.pag.108.

(10) Advertendum, quod Monachi Benedictini non poſſunt vacare venationibus, aucupiis, nec canes, & aves venaticos alere, vel tenere.

Capon. diſcept. forenſ. 380. n.12. tom.5.

Tamburin.de Jur.Abbat.tom. 3. diſput.3. quæſt.6. n.22.

Romaguer.ad Conſtit. Synod. Gerund. lib. 3. tit. 1. cap. 3. n. 10. ad §. *Porrò*.

(11) Neque ſuis familiaribus ſecum morantibus tales Canes habere eſt permiſſum.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. *Porrò* n.12.

(12) Limita in caſu, quo proprios habeant ſaltus, vel lacus; & tunc Canes domi non debent tenere.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Monachi Benedictini p.562.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. tom.3. tit.8. n.7. pag.108.

[13] Nec debent venationi præſentiam exhibere corporalem.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. *Porrò* n. 14.

[14] Nota, quod Abbas vel Prior Abbatem non habens, non deferens ſotulares & Caputia privantur per annum a Beneficiorum collatione; Inferiores verò ſuſpenduntur ab officio, vel adminiſtratione ſibi commiſſa; & ſi nullam habeant adminiſtrationem inhabiles per idem tempus fiunt ad ullum officium, aut adminiſtrationem obtinendam.

Paſtor. de Benef.Eccleſ.lib.3. cap.42. n.29.

[15] Animadvertendum, quod Monachi ex propoſito venationi, aut clamoſæ aucupationi intendentes ſuſpenſionis, & inhabilitatis pænas per biennium ipſo facto incurrunt. Abbate autem, vel Priore a Beneficiorum collatione ſuſpenſo, eorumdem collatio devolvitur ad Priorem Clauſtralem cum conſilio, & conſenſu Conventus, vel majoris ejus partis.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina *in* §. *Si qui* n. 20. & ſeqq.

Andreæ Johannes, a Patre Andrea ita cognominatus ſuper hujuſmodi Clementin. in notis Verb. Diſtinctio.

(16) Notandum, quod Monachis & Canonicis Regularibus adminiſtrationem non habentibus prohibetur acceſſus ad Principum Curias ſine ſpeciali Abbatis licentia.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.19.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Monachi Benedictini p.562.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon.tom.3. tit.8. n.9. pag.108.

(17) Si verò ad recenſitas Principum Sæcularium Curias accedant animo nocendi ſuis Prælatis, & Monaſteriis excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt.

Fagnan. in cap. Quanto de Offic. Ordinar. n.4.

Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcop. par.3. allegat.50.n.223.

Girald. ad Theſaur. de Pæn.

Digitized by Google

Eccleſ. par. 2. cap. 10. Verb. Curias Principum.

Sayr. de Cenſur. l. 3. c. 33. n. 26.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 40. n. 29. pag. 423.

Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. diſput. 3. quæſt. 6. n. 41.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Excommunicatio contra Regulares art. 4. n. 3.

Sciendum, quod diſpoſitio huius Clementinæ *Ne in Agro* §. *Quia verò* locum habet etiam in Canonicis Regularibus, qui veniunt appellatione Monachorum.

Oldrad. Conſil. 222. n. 1.

Capon. Controv. 15. n. 8.

Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 31. n. 98.

Suarez de Cenſur. diſput. 25. ſect. 5. n. 8.

(18) Monachi nigri præſumentes intra Monaſterii ſepta ſinè Abbatum ſuorum licentia arma tenere excommunicationem incurrunt.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 20.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina §. *Quia verò* n. 41.

Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. diſput. 3. quæſt. 6. n. 26.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 2. Verb. Arma habentes.

Ferrari in Bibliotheca Canonic. Verb. Arma n. 4.

Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 50. n. 224.

Sayr. de Cenſur. lib. 3. cap. 33. n. 28.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 40. n. 30.

Lambertin. de Synod. Diœceſan. lib. 10. cap. 2. n. 3.

[19] Cautum in hac Clementina *in* §. *Ad hæc*. reperitur, quod Monachi in ſuis prioratibus, & adminiſtrationibus non debent habitare ſoli, ſed duo ad minus eſſe debent.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina *in* §. *Ad hæc* n. 32.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Monachi Benedictini p. 562.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 8. n. 9. pag. 108.

[20] Prioratus, & Adminiſtrationes, quibus adeò tenues ſunt reditus, ut duorum Monachorum ſuſtentationi non ſufficiant, ſunt conjungendi, & debent coaleſcere cum Monaſterio ipſo majori, aut ejus officiariis, vel Prioratibus aliis, ſubrogatis Sæcularibus Clericis in Monachorum locum.

Thomaſſin. de Benef. par. 1. lib. 3. cap. 69. ſub n. 15. Verſ. In Concilio.

Abbas Panormitanns ſuper hac Clementina n. 25.

[21] Nota 1. quod Priores Conventuales attingere ſaltèm debent ætatis ſuæ annum quintum ſupra vigeſimum.

Fagnan. in cap. cum in cunctis n. 108. de Elect.

Pignatell. Conſ. Canon. tom. 6. Conſ. 10. n. 4. & 7.

Tondut. quæſt. & Reſol. Benef. par. 1. cap. 89. n. 16.

An-

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus ſuper hac Clementina in notis Verb. Etſi.

Procedit in Prioribus Conventualibus, qui *actu* Monachorum curam non exercent.

Antonel. de tempor. legal. lib.2. cap.33. n.7.

Rota deciſ.466. n. 14. coram Penia.

[22] Nota 2. quod Prioratus non Conventuales, animarum curam habentes per Presbyteros Sæculares exercendum dari non poſſunt, niſi ætatis ſuæ annum ſaltèm vigeſimum implenti.

Thomaſſin. de Benefic. par.1. lib.3. cap.69. n.16.

Tondut. quæſt. & reſol. Benef.par.1. cap.3. n.7.

Paſtor.de Benef. Eccleſ.lib.3. tit.22. n.5.

[23] Nota 3., quod in Prioratibus Conventualibus tenetur promotus alia abſque monitione ad Sacerdotium ſe facere infra annum promoveri.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. *Quia verò* n.35.

Abbas Panormitanus ſuper hacmet Clementina n.31.

(24) Nota 4. quod Prioratus, vel adminiſtratio non committitur niſi expreſsè Monachalem ordinem profeſſo.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Monachi Benedictini pag. 562.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom. 3. titul. 8. numer.13. pag. 108.

[25] Nota 5. quod Priores tàm Conventuales, quàm animarum curam habentes tenentur in ſuis Prioratibus reſidere, niſi ſtudiorum, vel alia rationabili cauſa ad tempus fortè ab hujuſmodi excuſentur reſidentia.

Lauræa in loco ſupra citato.

Pignatell. Conſult. Canon. tom. 4. Conſ. 17. n. 51.

(26) Nota 6. quod Monachi debent ad Abbatis monitionem, excuſatione ceſſante legitima ad omnes Ordines promoveri.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 39.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon.tom.3. tit.8.n.14. pag. 108.

(27) Hujuſmodi Clementina mandat, ut in Monaſteriis habeantur Magiſtri, qui Monachos primitivas doceant ſcientias, ſi Monaſterii ſuppetant facultates.

Paſſerin. de Homin. Stat.tom. 2. pag.278. n. 1128.

Vid. etiam Doctores ſuperiùs recenſitos.

(28) Sciendum, quod Monachis eſt prohibitum, aliquid proprium habere.

Capon. diſcept. forenſ. 197. cap. 1. n. 19. & 45. tom. 3.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 1. tit. 30. §. Sed nèc aliquid.

(29) Eius paritèr Carnium eſt Monachis interdictus, dum niſi ex neceſſitate illas comedere poſſunt.

Tamburin. de Jur. Abbat.tom. 3. Diſp.3. quæſt.63. n.25.

Azor. Inſtit. Moral. par. 1. lib. 13. cap. 11. §. Primò.

Tandem circa eſum carnium, uſum camiſiarum, abdicationem proprietatis, ſilentium, & celebrationem Capituli de triennio in triennio tenentur Monachi ſervare conſtitutionem *Innocentii IV.* ſuper his editam.

Laaræa in Epitom. Canon. Verbo Monachi Benedictini. pag. 562.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom 3. tit. 8. n. 16. pag. 108.

Nota, quod ſub hac Clementina comprænhenſi non ſunt Monachi S. Baſilii.

Rota in rec. deciſ. 105. n. 2. par. 13.

CAPIT. SECUNDUM.

ATtendentes, quod ubi Gubernaculum diſciplinæ contemnitur reſtat, ut Religio naufregetur, (1) providendum cenſuimus eſſe præcipue, & per contemptum hujuſmodi in his quæ ſe Chriſto voto celebri deſponderunt, quidquam reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honeſtatis gloria maculam, & Divinam merito poſſit offendere Majeſtatem. Hoc igitur ſacro approbante Concilio duximus ſtatuendum, ut ſingula Monialium (2) Monaſteria per Ordinarios exempta, (3) videlicet, quæ ita Sedi Apoſtolicæ, quia nulli alii ſubjecta noſcuntur, Apoſtolica; (4) non exempta verò Ordinaria auctoritate, (5) ac exempta alia per alios quibus ſubſunt, (6) annis ſingulis debeant viſitari. Viſitatores autem hujuſmodi ſollicitudinis ſtudium diligenter impendant, ut Moniales ipſæ, (quarum nonnullas dolentes audivimus in ſubſcriptis excedere) pannis ſericis variorum foderaturis, Sandaliciis, comatis, & cornutis crinibus, ſcacatis, & virgatis Caputiolis non utantur: non Choreas, non feſta Sæcularium proſequantur, non die, noctuve per Vicos, & plateas incedant, aut voluptuoſam aliàs vitam ducant, eaſque ſolertius retrahant ab inſolentiis quibuslibet, & Mundi hujus illecebris, ac indu-

Digitized by Google

cant eaſdem ad impendendum in Monaſteriis ſuis devotum, & debitum virtutum Domino famulatum (7). Ad quæ omnia obſervanda Moniales eaſdem (non obſtantibus exemptionibus, & privilegiis quibuſcumque, quibus tamen quo ad alia nolumus præjudicium generari) per illos, de quibus ſuprà dictum eſt, compelli jubemus remediis opportunis.

Statuimus inſuper, ut quævis ad regimen Abbatiarum aſſumptæ in Monaſteriis, in quibus Abbatiſſæ ſunt ſolitæ benedici (8) intra annum a ſuæ confirmationis tempore computandum, munus benedictionis ſuſcipiant: alioquin a jure ſuo (niſi ſubſit cauſa rationabilis) prorſus ſe noverint cecidiſſe (9) per illos, ad quos id pertinet proviſione de Abbatiſſis Monaſteriis ipſis canonicè facienda (10).

Illas quoquè Mulieres, quæ vulgò dicuntur Canonicæ Sæculares, & ut Sæculares Canonici vitam ducunt non renuntiantes proprio, nec profeſſionem aliquam facientes, (11) per locorum Ordinarios, ſi exemptæ non fuerint, ſua: ſi verò exemptæ fuerint, Apoſtolica (12) Auctoritate præcipimus viſitari. Per hoc tamen non intendentes earum Statum, Regulam, ſeu Ordinem approbare (13).

Ipſos autem Viſitatores Notariis duobus, & perſonis duabus ſuæ Eccleſiæ, quatuorque Viris (14) aliis honeſtis utique, & maturis præcipimus in ea, quam viſitando facient, inquiſitione fore contentos (15).

Si qui verò Viſitatores ipſos in præmiſſis impedire præſumpſerit, ſeu aliquo præmiſſorum (niſi moniti reſipiſcant) ipſo facto excommunicationis ſententiam, ſe noverint incurſuros, (16) privilegiis, ſtatutis, & Conſuetudinibus quibuslibet in contrarium minime valituris.

(1) No-

(1) Nota 1., quod ubi diſciplina contemnitur, religio naufragatur.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina in princip.

(2) Nota 2. triplicem eſſe Monialium ſtatum; Quædam Papæ immediatè ſubſunt, quædam Diœceſanis; aliæ demum ſuis inferioribus Prælatis.

Gulielmus de Monte Lauduno ſuper hac Clementina n.1.

(3) Nota 3., quod duæ ſunt Monaſteriorum exemptorum ſpecies, quorum aliqua ſunt exempta, quæ nullum recognoſcunt Superiorem, niſi Papam; alia verò ſunt exempta, quæ ſubſunt Ordini exempto ut ſunt Monaſteria S. Benedicti, Camaldulenſium, & ſimilium.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus, ſuper hac Clementina in notis Verb. Alia.

Sciendum quod Monialium Monaſteria exempta, & non exempta tenentur annis ſingulis Epiſcopi viſitare.

Daniel de Nobilib. Diſput. 24. n.3.

Lezana Conſult. Moral. 45. n. 47.

(4) Animadvertendum, quod Monaſteria illa, quæ non recognoſcunt alium niſi Papam, auctoritate Apoſtolica per Epiſcopos viſitantur.

Squillant de Oblig. & Privileg. Epiſcop. par.1. cap.3. n.22.

Pax Jordan. Elucubr. Diverſ. lib.7. tit.12. n.1. tom.2.

Vaneſpen. in *Jur. Eccleſ. univ.* par.1. tit.32. cap.4. ſub n.13. Verſ. His conforme.

Vid. meam collectaneam ad *C. T. Seſſ. 7. de Reform. cap. 8. & Seſſ. 25. cap. 9. de Regular. n.1.*

(5) Alia verò, quæ non ſunt exempta, Ordinaria auctoritate per Epiſcopos viſitantur.

Loter. de re Benef. lib. 1. quæſt.21. n.60.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Epiſcopus quoad Viſitationem. pag.328.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom.2. tit.53. n.38. pag.195.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 4. tit.8. num.50.

[6] Inſuper notandum, quod ſunt alia exempta ratione medii exempti, cui plenè ſubſunt, & hæc non debent per Ordinarios viſitari, ſed per illos quidèm Prælatos, cui ſubſunt.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.1.

Gibert. in Jus Canon. tom. 2. tit.13. ſect.7. n.2.

Zipæus de Jur. Canon. lib. 1. reſp.1. §. 9. n.4.

Fuſcus de Viſit. lib. 1. cap. 2. n. 14.

Rota deciſ.2. n.12. tit. de Offic. Ordinar. coram Cardinal. Falconerio.

[7] Præcipuum Viſitatorum officium eſſe debet, quod fideliter obſervari faciant ea, quæ in Vienenſi Concilio *in §. Viſitatores* conſtituta ſunt.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib.1.

lib. 1. tit. 30. §. Viſitatores.

[8] Advertendum, quod in Monaſteriis, in quibus Abbatiſſæ benedici ſunt ſolitæ debent benedictionis munus accipere.

Engel. in Jus Canon. lib. 1. tit. 6. n. 58. pag. 42.

Piaſec in Prax. Epiſcop. par. 1. cap. 2. n. 3.

Ferrari in Bibliothec. Canon. Verb. Benedicere Benedictio art. 3. n. 9.

Ubi verò moris non eſt Abbatiſſas benedici, benedictione non egent.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ità cognominatus, ſuper hac Clementina in notis Verb. Solitæ.

Azor Inſtit. Moral. par. 1. lib. 13. cap. 10. Verſ. Quartò.

[9] Notandum quod Abbatiſſæ debent benedictionis munus infra annum ſuſcipere, aliàs ſunt privatæ, nulla exiſtente rationabili cauſa.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 4.

Theſaur. de Pen. Eccleſ. Par. 2. cap. 1. Verb. Abbatiſſæ.

Laurea in Epitom. Canon. Verb. Abbatiſſæ electio. pag. 4.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. tit. 1. n. 3. pag. 8.

Piaſec in Prax. Epiſcop. par. 1. cap. 2. n. 3. in fin.

[10] Nota quod Abbatiſſæ benedictio eſt ab illis facienda, ad quos ſpectat de jure.

Azor Inſtit. Moral. par. 1. lib. 13. cap. 10. Verſ. Quartò in fin.

[11] Sciendum eſt, quod in Germania, & Flandria nonnullæ reperiuntur Mulieres, quæ ſimul congregantur, & inſtar Canonicorum Regularium vitam agunt, ac Divinas laudes, & preces recitare, & cantare ſolent, & vulgò dicuntur Canonicæ Sæculares. Sed hæ non ſunt verè, & propriè Religioſæ non renuntiantes proprio, nec trium Votorum profeſſionem emittunt, & proindè nulla lege clauſuram ſervare tenetur.

Hallier. de Sacr. Ordinat. & Elect. Part. 2. Sect. 4. cap. 2. n. 23.

Azor Inſtit. Moral. par. 1. lib. 13. cap. 9. Tert. Sciendum.

Corrad. in Prax. Benef. lib. 1. cap. 5. n. 143.

Rota deciſ. 74. n. 12. tom. 1. coram Molines.

[12] Canoniſſarum dictarum Collegia Epiſcopi viſitationi ſubſunt, ſi non ſunt exempta Jure Ordinario; Delegato vero ſi exempta.

Murga de Benef. quæſt. 3. n. 490.

Pignatel. Conſ. Canon. tom. 2. Conſult. 65. n. 7.

Thomaſſin. de Benef. par. 1. lib. 3. cap. 63. ſub n. 3. Verſ. Nèc.

Rota in d. deciſ. 74. n. 26. coram Molines.

[13] Canoniſſarum vivendi norma, & inſtitutum Romana Eccleſia non approbat, nec reprobat, ſed tantùm tolerat.

Thomaſſin. de Benefic. in loco ſupra citato.

Rota d. deciſ. 74. n. 13. coram Molines.

(14) Mo-

(14) Monialium viſitationi per Epiſcopum faciendæ intereſſe ſolùm poſſunt duo Notarii & aliæ duæ Perſonæ ſuæ Eccleſiæ & quatuor honeſti Viri, en totum octo.

Ferrari in Bibliotheca Canon. Verb. Epiſcopus art. 6. n. 103.

Fagnan. in cap. ut juxta n. 17. de offic. ordinar.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Viſitatores Monialium. pag. 860.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 8. n. 2. pag. 693.

Riming. lib. 1. Decretal. tit. 31. de Offic. Ordin. n. 98. Verſ. Notandum tertio.

(15) Nota quod hic loci Textus loquitur ſolùm de Perſonarum numero adhibendo in ipſa inquiſitione.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 5.

[16] Excommunicatione plectuntur illi, qui *Prælatos*, eorumque Commiſſarios impediunt in Monialium viſitatione, ſi moniti non deſiſtant, privilegiis non obſtantibus.

Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcop. Par. 3. allegat. 50. n. 225. pag. 34.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Epiſcopus quoad Viſitationem.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 1. Verbo Viſitationem. pag. 432.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 40. n. 31.

Ferrari Bibliothec. Canonic. Verb. Excommunicatio Artic. 4. n. 19.

Nota, quod hujuſmodi Clementina comprehendit ſolum exemptos immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjectos.

Spada Conſ. 155. n. 37. to. 1.

TITULUS XI.

De Religioſis Domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.

CAPIT. PRIMUM.

CUM de quibuſdam Mulieribus (1) Beguinabus (2) vulgaritèr nuncupatis (quæ cum nulli promittant obedientiam, nec propriis renuncient, neque profiteantur aliquam Regulam approbatam (3) Religioſæ nequaquam (4) exiſtunt: quamquam habitum, qui Beguinarum dicitur, deferant, & adhæreant Religioſis aliquibus,

quibus, ad quos ſpecialitèr trahitur affectio earumdem) Nobis fide digna relatione inſinuatum extiterit, quod earum aliquæ quaſi perductæ in mentis inſaniam, de Summa Trinitate, ac Divina Eſſentia diſputent, & prædicent, ac circa Fidei articulos, & Eccleſiaſtica Sacramenta opiniones Catholicæ Fidei contrarias introducant, & multos ſuper his decipientes ſimplices, eos in errores diverſos inducanr, aliaque quamplura pericula animarum parientia ſub quodam velamine Sanctitatis faciant, & committant: (5) Nos tàm ex his, quam ex aliis de earum opinione ſiniſtra frequentèr auditis, eas meritò ſuſpectas habentes, ſtatum earumdem Sacro approbante Concilio perpetuò duximus prohibendum, & a Dei Eccleſia penitùs abolendum: (6) eiſdem, & aliis Mulieribus quibuſcumque ſub pæna excommunicationis, quam in contrarium facientes incurrere volumus, ipſo facto, injungentes expreſsè, ne ſtatum hujuſmodi dudum fortè ab ipſis aſſumptum quoquo modo ſectentur ulteriùs, vel ipſum aliquatenùs de novo aſſumant [7].

Prædictis verò Religioſis, per quos eædem Mulieres in hujuſmodi Beguinagii ſtatu foveri, & ad ipſum ſuſcipiendum induci dicuntur ſub ſimili excommunicationis pæna, quam eo ipſo quod ſecus egerint, ſe noverint incurſuros, diſtrictius inhibemus, ne Mulieres aliquas prædictum ſtatum (ut præmittitur) dudum aſſumptum ſectantes, aut ipſum de novo forſitan aſſumentes quomodocumqee admittant: (8) ipſis ſuper eo ſectando, vel aſſumendo præbentes ullomodo Conſilium, auxilium, vel favorem, nullo contra præmiſſa privilegio valituro.

Sane per prædicta prohibere nequaquam intendimus, (9) quin ſi fuerint fideles aliquæ Mulieres, quæ promiſſa continentia, vel etiam non promiſſa honeſte in ſuis converſantes hoſpitiis pænitentiam agere voluerint,

rint, & virtutum Domino in humilitatis *ſpiritu* deſervire, hoc eiſdem liceat, prout Dominus *ipſis inſpiraverit*.

(1) Sub Mulierum nomine Virgine nuptæ, & Viduæ comprehenſæ remanent.

Andreæ Joannes, a Patre Andrea ita cognominatus ſuper hac Clementina in notis. Verb. *Mulieribus*.

[2] Tota hæc Clementis V. Conſtitutio in Vienneſi Concilio emanata, regitur in reprobando, & damnando quorumdam Mulierum inſtituto, ſub vulgari *Beguinarum* nomine ità denominatarum a *S. Degga S. Gelonidis* Sorore, ſivè ut aliis placet a quodam *Lamberto Begghe*, qui primus Beguinarum ordinem invenit, & eis caſtitatis normam verbo, & exemplo primùm prædicavit.

Cardinalis Petra in Commentar. ad Conſtit. Apoſtol. tom. 4. Conſtit. 3. Johannis XXII. n. 7. pag. 23.

Pignatell. Conſ. Canon. tom. 2. Conſ. 65. n. 1. & 13.

(3) Nota, quod Beguinæ, quamvis habitum religioſum deferant, propriis adhùc non renunciant, nec obedientiam promittunt, nec aliquam approbatam profitentur regulam.

Lambertin. de Synod. Diœceſan. lib. 13. cap. 12. n. 9.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Beguinæ pag. 70.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. pag. 164. n. 2.

Fagnan. in cap. nullus de For. competent. n. 56. lib. 2.

(4) Ideoquè Religioſæ nequaquam exiſtunt.

Maranta reſponſ. 72. n. 5. par. 5.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 5.

(5) Notandum, quod in hac Clementina perverſæ iſtæ fæminæ reprobantur non ratione quidèm ſtatus, ſed morum. Eo quia ſub religionis colore, & Sanctitatis velamine multa illicita committebant. Adhærebant enim quibuſdam Religioſis, ad quos ſpecialis illarum trahebatur affectus, & de fidei articulis diſputando nonnullas introducebant opiniones Catholicæ veritati contrarias, multos etiam fatuos homines in proprios inducebant errores.

Pignatell. Conſult. Canonic. tom. 2. Conſ. 65. n. 14.

Ricciardell. Lyc. Eccleſ. par. 1. cap. 7. §. 5. n. 78.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 2. n. 16.

(6) Clemens hujus nominis Quintus ut perverſos Beguinarum errores evelleret Synodum Æcumenicam Viennæ in Gallia collegit, regnante apud Francos Philippo, cui pulchri cognomen inditum, in quà Synodo damnatæ fuerunt impuriſſimæ Beguinarum Sectæ.

Ca.

Cabaſſut. in Notit. Hiſtor. Concil. pag. 490.

Hallier de Sacr. Ordinat. & Elect. par. 2. Sect. 4. cap. 2. n. 23. in fin.

[7] Sciendum eſt, quod in excommunicationem ipſo facto incurrendam, ſe inferunt Mulieres, quæ Beguinarum ſtatum ſectantur, aut illum de novo aſſumunt.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. cap. 3. Verb. Religionem non approbatam. pag. 348.

Barboſa de Offic. & Poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 50. n. 226. pag. 34.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Excommunicatio contra Omnes art. 4. n. 28.

[8] Item Regulares, qui Beguinis favent, vel Mulieres ad hujuſmodi ſtatum aſſumendum inducunt, aut ſuper his auxilium, conſilium, vel favorem præbent.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

Vaneſpen. Jus Eccleſ. univ. oper. Poſthum. par. 7. in Obſervat. in Clementin. §. Religioſis. p. 677.

Girald. in loco ſuperius citato.

Sayr. de Cenſur. lib. 3. cap. 33. n. 32.

Notandum, quod condemnatio, de qua in hujuſmodi Clementina fit ſermo, reſpicit tantùm illas Beguinas ſequentes errores Beguardorum, & Margaritæ Porrectæ Pariſiis damnatæ, ac combuſtæ circa annum ſalutis 1210.

Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom. 4. Conſtit. 3. n. 7. pag. 23.

Pignatell. Conſult. Canon. tom. 2. Conſ. 65. n. 13.

[9] Dum cæteroquin Mulieribus licitum eſſe voluit pænitentiam agere, & Deo honeſtè ſervire propriis in hoſpitiis vitam ducendo.

Tondut. quæſt. & Reſol. Beneſ. par. 1. cap. 2. n. 2.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. cap. 3. Verb. Religionem non approbatam Verſic. nota.

Pignatell. in loco ſupra citato.

Sayr. de Cenſuris lib. 3. cap. 33. n. 33.

CAPIT. SECUNDUM.

QUia contingit interdum, quod xenodochiorum, leproſariarum, eleemoſinarum, ſeu hoſpitalium Rectores, locorum ipſorum cura poſtpoſita, bona, res, & jura ipſorum interdum ab occupatorum, & uſurpatorum manibus excutere negligunt: quinimò ea collabi, & deperdi, domos, & ædificia minis deformari permittunt: Et non attento quod loca ipſa ad hoc fun-

data, & fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes, infectique lepra reciperentur inibi, & ex proventibus ſuſtentarentur illorum, id renuunt inhumanitèr facere, proventus eoſdem in uſus ſuôs damnabilitèr convertentes, cum tamen ea, quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant non ad (1) alium (ſalva ſiquidèm Sedis Apoſtolicæ auctoritate) (2) converti: Nos incuriam, & abuſum hujuſmodi deteſtantes, hoc approbante Sacro Concilio ſancimus, ut hi, ad quos id de jure, vel ſtatuto in ipſorum fundatione locorum appoſito, aut ex conſuetudine præſcripta legitimè; vel privilegio Sedis Apoſtolicæ pertinet, loca ipſa ſtudeant in prædictis omnibus ſalubritèr reformare ac occupata, deperdita, & alienata indebitè in ſtatum reduci (3) debitum faciant, & ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem, & ſuſtentationem debitam, juxtà facultates, & proventus locorum ipſorum rectores prædictos compellere non omittant. In quo ſi fortè comiſerint negligentiam, vel defectum, Ordinariis locorum iniungimus, ut etiamſi pia loca prædicta exemptionis privilegio munita conſiſtant, per ſe ipſos, vel alios impleant omnia præmiſſa, & ſingula, & Rectores eoſdem utique non exemptos, propria: exemptos [4] verò, & alias privilegiatas; Apoſtolica ad id auctoritate compellant;

Contradictores cujuſcumque Status, aut conditionis exiſtant, ac præbentes eiſdem circa præmiſſa conſilium, auxilium, vel favorem per cenſuram Eccleſiaſticam, & aliis juris remediis compeſcendo: Nullum tamèn per hoc exemptionibus, ſeù privilegiis ipſis quo ad alia præjudicium generando (5).

Ut autem præmiſſa promptius obſerventur, nullus ex locis ipſis ſæcularibus Clericis in Beneficium conferatur (6) etiamſi de conſuetudine (quam reprobamus penitus) hoc fuerit obſervatum: niſi in illorum fundatione

ne (7) ſecùs conſtitutus fuerit, ſeu per electionem ſit de Rectore locis hujuſmodi providendum. Sed eorum gubernatio Viris providis, idoneis, & boni teſtimonii committantur, qui ſciant, velint, & valeant loca ipſa, bona eorum, ac jura utiliter regere, & eorum proventus, & reditus in perſonarum miſerabilium fideliter diſpenſare, & quos in uſus alios bona prædicta convertere præſumptio veriſimilis non exiſtat: (8) in quibus ſub obteſtatione Divini judicii illorum, ad quos dictorum locorum commiſſio pertinet, conſcientiam oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio, ſeu adminiſtratio committetur, ad inſtar tutorum, & (9) Curatorum juramentum præſtare, ac de locorum ipſorum bonis inventaria (10) conficere, & Ordinariis, ſeu aliis, quibus ſubſunt loca hujuſmodi, vel deputandis ab eis annis ſingulis de adminiſtratione ſua teneantur reddere rationem (11). Quod ſi ſecùs a quoquam fuerit attentatum: collationem, proviſionem, ſeù Ordinationem ipſam carere decernimus omni robore firmitatis.

Prœmiſſa verò ad Hoſpitalia Militarium Ordinum, aut Religioſorum etiam aliorum extendi minimè volumus: quorum tamen Hoſpitalium Rectoribus in Sanctæ obedientiæ virtute mandamus, ut in illis ſecundum ſuorum Ordinum inſtituta, & antiquas obſervantias providere pauperibus & hoſpitalitatem debitam in illis tenere procurent (12) ad quod per Superiores eorum arcta diſtrictione coguntur, ſtatis, aut conſuetudinibus quibuslibet non obſtantibus in præmiſſis.

Cæterum noſtræ intentionis exiſtit, quod ſi qua ſint Hoſpitalia, Altare, vel Altaria, & Cæmeterium ab antiquo habentia: & Presbyteros celebrantes, & Sacramenta Eccleſiaſtica Pauperibus miniſtrantes, ſeu ſi Parochiales Rectores conſueverint in illis exercere, antiqua conſuetudo (13) ſervetur quoad exercenda, & miniſtranda ſpiritualia ſupradicta. (1) Ea,

(1) Ea, quæ certum ad uſum ſunt fidelium largitione deſtinata non poſſunt ad alium diverſum ſubinde converti, abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate.

Novar. Conſil. 15. n. 6. de Reb. Eccleſ. non alien.

Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 36. n. 11.

Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 83. n. 1.

Vulp. in prax. judic. for. Eccleſ. cap. 10. n. 15.

Genuenſ. in Prax. Archiep. Cur. Neapol. cap. 19. n. 1.

Antonel. de Regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 10. §. 9. n. 77.

Tondut. Quæſt. & Reſol. Beneſ. par. 1. cap. 68. n. 6.

Rota in Herbipolen. Monaſterii 10. Junii 1707. §. Et quamvis coram Caffarello.

(2) Nota, quod hujuſmodi poteſtas commutandi fidelium voluntates, aliumque in uſum convertendi pia relicta, eſt dumtaxat S. Sedi reſervata.

Cæphal. Conſil. 701. n. 3. tom. 5.

Felin. Sandeus conſil. 41. n. 9. & conſ. 47. n. 7.

Fagnan. in Cap. Nos quidem n. 40. de Teſtam.

Monet. de Commut. ultimar. Volunt. cap. 5. ſub n. 315.

Rota deciſ. 562. n. 2. tom. 5. coram Anſaldo.

Coram Sa. Mem. Clemente XIII. deciſ. 158. n. 3. tom. 2.

Nepeſina Applicationis Hæreditatis 30. Januarii 1733. §. Jam enim coram Cardinal. Aldrovando.

Nota, quod ſine juſta, & rationabili cauſa fieri non debet hujuſmodi relictorum converſio in alios uſus, præter illos a Fundatoribus demandatos.

Moneta de Commut. ultim. Volunt. lib. 3. cap. 4. n. 5., & cap. 5. n. 152. & ſeqq. de execut. Teſtam.

Molina de Juſt. & Jur. Diſput. 49. n. 4.

Fagnan. in cap. Relatum ſub n. 36. Verſ. unde ne Cleric. vel Monac.

Rota in Romana Reintegrationis 12. Martii 1731. §. Attamèn. & 2. Julii eiuſdem Anni §. Accedente coram Card. Aldrovando.

Vid. meam Collectan. ad C. T. Seſ. 22. cap. 6. de Reform.

Notandum, quod illa dicitur cauſa juſta, & rationabilis, quæ publicam reſpicit utilitatem, & commodum.

Rota in Romana, ſeù Bergomen. Collegii 26. Novembris 1731. §. Et quamvis cor. eodem Cardinal. Aldrovando.

[3] Advertendum, quod Xenodochiorum, leproſariarum, ſeu Hoſpitalium Rectores, ſi iſtorum cura poſtpoſita, bona, & jura ipſorum ab uſurpatorum manibus vendicare negligant, aut quoquo modo illorum res collabi ſinant debent illi, quibus competunt dicta loca de conſuetudine, privilegio, vel alitèr, ſalubritèr illa reformare, & curare ut occupata, alienata, deperdita in priſtinum redigantur ſtatum. Pe-

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 7.

Abbas Panormitanus ſuper hac met Clementina n. 1.

(4) Locorum Ordinarii curare debent, ne dictorum locorum reditus ab aliis uſurpentur, & in hoc potiuntur facultate etiam in exemptos.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Hoſpitalia. pag. mihi 434.

Paravicin. in Polyanth. Sacror.Canon.tom.2. pag. 419. n.11.

Vid.meam Collectan.ad C.T. Seſ. 22. cap. 8. n. 5.

[5] Et poſſunt contradictores quoſcumque per cenſuram Eccleſiaſticam, & aliis juris remediis compeſcere, licet nullum per hoc exemptionibus, ſeù privilegiis quoad alia præjudicium generari debeant.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 23. Verſ. Quinimmò.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 9. Verſ. Septimo.

(6) Statutum eſt in hac Viennenſi Conſtitutione, ut nullus ex recenſitis locis in Beneficium conferatur Sæcularibus Clericis.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementina n. 33.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Hoſpitalia.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom. 2. pag. 419. n. 14.

(7) Limita niſi ſecùs illorum in fundatione fuerit conſtitutum, ſive per electionem ſit de Rectore hujuſmodi locis providendum.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 11.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 23. Verſ. eodem cavetur.

Lotter de re Benef.lib.3.quæſt. 6. n. 50.

Rota deciſ. 8. n.3. coram Durano.

Urgellen. Canonicatus Pænitentiarii ſuper Electione 16. Martii 1705.§. Nec ſubſiſtere coram Omanna.

Nota, quod tam in caſu, quod nempè Hoſpitale debeat ex lege fundationis Clericis Sæcularibus conferri, quam in altero, ubi ex eadem lege debeat per electionem provideri, ut diſpoſitum legitur in hac lege *in §. ut autèm*, locum habet diſpoſitio *Clementin. 2. de Præbend.* ut ſcilicet appellatione beneficii non veniat Hoſpitale.

Lotter. in loco ſupra citato n. 54.

[8] Eodem cavetur Viennenſi Concilio, ut Hoſpitalium gubernatio Viris providis, ac boni teſtimonii committatur, quos bona prædicta alios in uſus convertere præſumptio veriſimilis non exiſtat.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 12.

Cardinalis Zabarella ſuper eadem Clementina §. Ut autem n. 3.

Lancellot. Inſtit Canon. lib.2. tit. 23. in loco ſupra citat.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Hoſpitalia.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon.tom.2.pag. 419. n. 17.

Clericat. Inſtit. Canon. lib. 2. tit.

tit. 23. in fin.

Animadvertendum, quod de reditibus, & proventibus ſupradictorum Hoſpitalium non eſt Decima Papalis ſolvenda, ſed ea, quæ ſuperſunt debent potius in aliorum pauperum uſus expendi, vel ad majoris numeri pauperum ſupervenientiam conſervari.

Moneta de Decim. cap. 9. n. 22.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 3. n. 81.

[9] Sciendum eſt, quod Hoſpitalium adminiſtratores aſſimilantur tutoribus, & Curatoribus.

Lotter. de re Beneſ. lib. 3. quæſt. 6. n. 36.

Rota deciſ. 625. n. 10. coram Coccino.

Bononien. Hoſpitalis 16. Decembris 1707. §. Incompatibilitas coram Omanna.

Romana Reintegrationis 15. Martii 1745. §. 6. cor. Card. Caprara.

(10) Ideoquè debent juramentum præſtare, ac de Bonis inventaria conficere.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementina n. 56.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 23. §. Ut autem.

Monacel. in formular. tit. 1. formular. 14. n. 9. tom. 1.

Lotter. de re Beneſ. lib. 3. quæſt. 6. n. 37.

(11) Et Ordinariis, ſeù aliis quibus loca hujuſmodi ſubſunt, vel deputandis ab eis ſingulis annis de adminiſtratione ſua rationem reddere tenentur.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Hoſpitalia. pag. 415.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. pag. 419. n. 17.

Piringh. in Jur. Canon. lib. 3. tit. 36. n. 24. & 26. tom. 3.

Rota deciſ. 16. n. 1. coram Carillo.

Vid. meam Collectaneam ad C. T. Seſ. 22. cap. 9. n. 1.

(12) Quæ de Hoſpitalibus dicta ſunt locum non habent in Hoſpitalibus militarium Ordinum, & Religioſorum, in quibus regularis viget obſervantia, dum tota eorum cura, & inſpectio ad Prælatum Ordinis, ſeù Monaſterii ſpectabit, qui ejus inſtitutiones obſervare eſt cogendus.

Clericat. Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 23.

Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 36. ſub n. 10. Verſ. Quod ſi.

Lancellot. in Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 23. §. Prædicta.

Joſephus Motta de Metropolitico Jur. pag. 136. n. 108.

(13) Sancitum denique fuit in hujuſmodi Viennenſi Conſtitutione, ut in Hoſpitalibus, in quibus ea viget conſuetudo, quod per Rectores debeant Sacramenta infirmis miniſtrari, ea utique ſit ſervanda.

Daniel. de Nobilib. diſput. 49. n. 29.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. c. 3. ſub n. 3. Verſ. Capella item.

Fuſcus de Viſitat. lib. 2. cap. 13. num. 30.

Rota in recent. deciſ. 348. n. 6. cum ſeqq. par. 11.

In Nuperrim. deciſ. 253. n. 9. tom. 8.

Digitized by Google

TITULUS XII.

De Jurepatronatus.

CAPIT. PRIMUM.

UT conſtitutio, quæ ad Eccleſiam aliquam, quemvis etiam ad exemptorum præſentationem admitti conſuetudine non obſtante contraria prohibet, niſi Præſentato de proventibus ejuſdem Eccleſiæ talis coram Diæceſano portio fuerit aſſignata, undè jura poſſit Epiſcopalia (1) ſolvere, & ſuſtentationem habere congruam, (2) ſicut expedit, obſervetur, ipſam declarare, ac quædam adiicere conſulta hujuſmodi Sacri Concilii approbatione providimus, Diæceſanis ſub obteſtatione Divini judicii diſtrictius inhibentes, ne præſentatum aliquem per quamcumque Perſonam Eccleſiaſticam jus præſentandi ad Eccleſiam aliquam habentem admittant, niſi intra certum terminum competentem per Diæceſanos ipſos præſentantibus præfigendum, ipſi præſentato fuerit coram eis [ut præſcribitur] congrua de proventibus Eccleſiaſtica portio aſſignatur: (3) quam ſi forſan iidem præſentantes intra terminum ipſum aſſignare neglexerint, ne factum eorum noceat præſentato, ſtatuimus, ut ex tunc Diæceſani debeant præſentatum (niſi aliud canonicum obſiſtat) admittere, & in pænam præſentantium ad Diœceſanos ipſos poteſtas aſſignationis hujuſmodi devolvatur (4).

Prœcipimus autem Diœceſanis eiſdem ſub ipſius obteſtatione Divini judicii ipſorumque conſcientias oneramus, (5) quod moderationem portionis ipſius debitè faciant, nec odio, vel favore, vel alios in pluri, vel minori circa illam ſcientèr excedant.

Sanè in Prioratum, vel aliorum tàm Regularium; quàm Sæcularium locorum Eccleſiis, in quibus Religioſi, vel alii, ad quos eorum reditus pertinere noſcuntur, prædicta conſueverunt onera ſupportare: prœmiſſa nullatenùs obſerventur (6). Sed onera omnia, quæ Eccleſiarum ipſarum perpetuis Presbyteris, aut Vicariis incumberent, ſi dicta eis aſſignatio facta eſſet, Religioſi, & alii ſupradicti plenè ſubire, ac Presbyteros, ſeu Vicarios ipſos decentèr tractare, nec non ſuſtentationem eis præſtare ſufficientem, & congruam teneantur.

Ad quæ omnia integralitèr adimplenda, & nihilominus ad obſervationem debitam aſſignationis per Diœceſanum in caſu alio (ut præmittitur) faciendæ, Religioſos prœdictos, & alios quoslibet a Diæceſanis eiſdem Eccleſiaſtica volumus cenſura compelli: non obſtantibus exemptionibus, aut aliis quibuslibet privilegiis, conſuetudinibus, vel Statutis, quæ circa præmiſſa, vel eorum aliquid Religioſis ipſis, aut aliis in nullo volumus ſuffragari.

(1) Nota 1. quod Inſtitutis in beneficiis eſt aſſignatio facienda ad hoc ut poſſint jura Epiſcopalia, perſolvere, & congruam habere ſuſtentationem.

Text. in cap. 1. de Præbend. in 6.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 1.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. pag. 389. n. 17.

(2) Nota 2. quod illa dicitur eſſe congrua portio, qua quis poteſt onera incumbentia ſupportare, & decentem habere alimoniam.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina num. 10.

[3] Nota 3. quod in hac Viennenſi Conſtitutione inhibetur Diœceſanis ne præſentatum admittant, niſi prius coram eis congrua fuerit portio aſſignata.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Præſentatus pag. mihi 695.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. pag. 389. n. 17.

(4) Nota 4. quod habentibus jus præſentandi debet competens aſſignari terminus, intra quem ſi congrua de portione ipſi præſentatum non providerint, Diæceſanus præſentatum admittet, & ſibi portionem congruam aſſignabit.

Car-

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina in princip.

Bonifacius de Vitalin. ſuper eadem Clementina n. 36.

Petrus de Ancharano ſuper hujuſmodi Clementin. n. 8.

Procedit etiamſi præſentatus aliquis fuerit ab exemptis, contraria non obſtante conſuetudine.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Præſentatus.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom. 3. pag. 389. n. 19.

(5) Sciendum, quod in taxatione congruæ portionis multum eſt Epiſcopi judicio deferendum, quum hac in re jura omnia Ordinariorum conſcientias onerant.

Tondut. Quæſt. & Reſol. Benef. par. 1. cap. 58. n. 9. & 10.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 9.

(6) Nota, quod quandoque Religioſi & alii Eccleſias ſubjectas habentes, ſupportant omnia prædictarum Eccleſiarum onera, & hoc de conſuetudine, non compelluntur ad portionem Sacerdoti aſſignandam, ſed illarum reditus pertinent ad ipſos.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Sanè.

[7] Tenentur tamèn honeſtè, & decenter eorum Præsbyteros, ſeù Vicarios tractare.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 60.

Si verò Eccleſiarum onerà ſupportare tenentur Presbyteri, vel Vicarii, tunc ob Patronorum negligentiam debet Diæceſanus congruam eiſdem aſſignare.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementin. n. 12.

Quia impenſæ quæ cultum, & Eccleſiæ ornatum reſpiciunt ſunt ab eo tantùm ſubeundæ, qui habitualis Parochi vicem præſefert, non autem de Vicariorum congrua demendæ.

Rota in Cæſenaten. Augumenti Congruæ 9. Maii 1763. §. 10. coram Cornelio.

Advertendum, quod iſta Clementina verba facit de Jure patronatu hæreditario, & non gentilitio.

Rota in recent. deciſ. 47. n.9. tom. 4. par. 2.

Itèm locum habet in Patrono quidèm Eccleſiaſtico, & non in altero, qui ſit Laicus.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina num. 14.

CAPIT. SECUNDUM.

PLures ab uno ex Patronis (1) Eccleſiæ relicti Hæredes [2] vocem dumtaxat unius (3) habebunt in præſentatione Rectoris. Et ut faciliùs provideatur Eccleſiis, non inconveniens reputamus, Patronos ipſos inter ſe

poſſe liberè convenire de Rectore ab eis alternis vicibus (4) præſentando: quibus etiam ex eadem cauſa permittimus, ut plures ad vacantem Eccleſiam poſſint eo modo præſentare [5] perſonas, quod una ex eis eligi (6) per Epiſcopum valeat, & admitti.

[1] Notandum, quod Juriſpatronatus qualitas de jure præſumitur hæreditaria.

Capon. diſcept. forenſ. tom. 2. diſcept. 67. n. 2.

Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 38. n. 15.

Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 11. n. 20. & 21.

Rota deciſ. 412. n. 1. coram Criſpo.

Coram Cardin. Creſcentio deciſ. 113. n. 3. tom. 1., & deciſ. 392. n. 2. tom. 3.

Bituntina Beneficiorum 31. Januarii 1727. §. Nullius coram Cornelio.

Illerden. ſeu Tarraconen. Beneficii 10. Martii 1732. §. Nihilominus in principio coram Cardinal. Millino.

Maximè quando non exhibetur inſtrumentum fundationis, & donationis.

Rota deciſ. 661. n. 23. coram Molines Compoſtellana Parochialium 10. Junii 1718. §. Rebus coram Gamaches.

Aurien. Parochialis de Podentes 4. Martii 1734. §. 6. coram Cardinali Calcagnino.

Cajetana Beneficii 4. Junii 1745. §. Quantum coram Cardin. Caprara.

Compoſtellana Parochialium 30. Martii 1753. §. 4. coram Emo Molino.

Sarnen. Beneficii 18. Junii 1764. coram Herreros.

(2) Sciendum, quod iſta Clementina quemadmodum exigere videtur, quod ſucceſſor in jure patronatus debeat eſſe hæres defuncti, ut habetur ex illis verbis = *relicti hæredes* = & eſt juri conformis.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 5.

Rota in recent. deciſ. 336. n. 6. par. 5.

Coram Cerro deciſ. 102. n. 9.

Tuden. Parochialis de Lavadores 9. Maii 1749. §. 13. coram Emo Molino.

Ità ſola deſcendentia non ſufficit; ſed hæreditaria qualitas in ſucceſſore dumtaxat requiritur.

Rota in Pennen. Beneficii ſuper Pertinentia 11. Martii 1710. §. Hoc inquam coram Cardinali Adrovando.

Gerunden. Beneficii 2. Decembris 1750. §. 3. in princip. coram Card. Buſſio.

Ob eam potiſſimam rationem ex eo ductam, quod nempè Juſpatronatus hæreditarium ad eum ſpectat,

ſtat, in quo qualitas adeſt hæreditaria.

Melevitana Beneficii ſuper Pertinentia 15. Januarii 1731. §. Perſpecta coram Card. Millino.

Illerden. ſeu Tarraconen. Beneficii 10. Martii 1732. §. Boni Juris coram Eodem.

[3] Plures collectivo nomine ad Juſpatronatus vocati unam tantùm cenſentur inſimul vocem habere in præſentatione Rectoris, ex quo ſuccedunt in ſtirpes, & non in capita.

Spada Conſil. 6. n. 1. & ſeq. & conſil. 9. n. 1. & 4. tom. 3.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 1.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 1. tit. 19. n. 16.

Caſſador. deciſ. 2. in princip. de Jurepatronat.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Præſentare.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. to. 3. pag. 388. n. 9.

Et tanta eſt vox unius ſuum repræſentantis authorem, quanta altera centum perſonarum ab altero ex Compatronis deſcendentium.

Cardinalis de Luca de Jurepatronat. diſc. 61. n. 6. & 8.

Rota deciſ. 661. n. 14. tom. 3. par. 1. coram Molines.

Tuden. Parochialis S. Chriſtinæ de Lavadores 9. Maii 1749. §. 13. coram Emo Molino.

Advertendum quod ſi quinque fuerint nominati Patroni, quilibet ex illis unam tantùm conſtituit vocem; & illa vox trium, ſeù deſcendentium ex tribus, prævalet quidèm alteri voci deſcendentium ex duabus, quamvis eſſent numero plures; quia deſcendentes ex tribus tres conſtituunt voces, quamvis ſint in numero minores, deſcendentes verò ex duobus, quamvis eſſent mille, duas tantùm conſtituunt voces.

Tondut. quæſt. & reſol. Benef. par. 3. cap. 157. n. 5.

Rota in recent. deciſ. 2. n. 9. & 10. par. 7.

(4) Ne Beneficia diù vacantia remanerent ſtatutum fuit in hac Viennenſi Conſtitutione, quod Patroni poſſint inter ſe convenire de Rectore ab eis alternis vicibus præſentando.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 4.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 13.

Maranta reſponſ. 29. n. 25. par. 5.

Moneta de Commut. ultim. Volunt. cap. 10. n. 286. in fin.

Rota deciſ. 56. n. 1. coram Durano.

Coram Card. Creſcentio deciſ. 266. n. 9. tom. 2.

Immò conventio inter plures Compatronos inita non ſuper formali pertinentiæ patronalis ſubſtantia, ſed circa materiale juris præſentandi exercitium non ſolum ſubſtinetur ſine Beneplacito Apoſtolico, ſed etiam abſque Ordinarii aſſenſu.

Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 71. n. 30.

Piton. diſcept. Eccleſ. 13. n. 57. in fine.

Rota deciſ. 65. n. 10. coram Ottho-

TITULUS XIII.

De Cenſibus, Exactionibus, & Procurationibus.

Cum ſit naturæ conſonum, illos non recuſare onera, qui rerum commoda complectuntur: hac in perpetuum valitura Conſtitutione ſancimus, ut Religioſi quicumque pro Monaſteriis Eccleſiis, quæ ad eos quocumque ſunt (1) titulo devoluta, procurationes Legatorum Sedis Apoſtolicæ, ac jura Epiſcopalia, & alia præſtari pro ipſis antequàm ad eos perveniſſent, ſolita promptè ſolvere ſtudeant (2) niſi forſan Sedis Apoſtolicæ privilegio, exemptione, vel alia cauſa legitima ab his ſe valeant excuſare (3). Privilegia verò, ſeù Exemptiones hujuſmodi ad Monaſteria, ſeu Eccleſias, quæ ad eos obvenire continget, impoſterùm volumus non extendi (4).

(1) Religioſi adſtricti ſunt ad ea ſolvenda onera, quæ Eccleſiis incumbunt, quæque ad eos quocumque deveniunt titulo.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 2.

[2] Solvere paritèr tenentur Legatorum procurationes, & jura Epiſcopalia, quæ de conſuetudine, vel jure communi ſolent dari.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Regularium Exemptio ab Ordinariis.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 21. n. 16. pag. 463.

(3) Nota 1. quod ad recenſitorum onerum ſolutionem non ſunt adſtricti Religioſi, qui privilegio, exemptione, & alia potiuntur legitima cauſa.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 7.

Paſqualig. ad de Franch. Controv. inter Epiſcop. & Regular. Par. 2. quæſt. 71. n. 6.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 4 tit. 9. n. 41.

[4] Not. 2. quod privilegia, & exemptiones Monaſterio, & Eccleſiis Regularium conceſſæ non ſe extendunt ad Eccleſias poſt exemptionem acquiſitas.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 4.

Bo-

Bonifacius de Vitalinis ſuper hujuſmodi Clementina n. 80.

Scitu dignum quod *Clementina 1. de Cenſibus* loquitur de juribus Epiſcopalibus, & præſcriptibilibus, non verò de imperſcriptibilibus.

Bartholom. Bellencin. de Subſid. Charitativ. quæſt. 50. n. 5.

CAPIT. SECUNDUM.

AD noſtrum (quod dolentes referimus) pervenit auditum, quod Eccleſiarum prælati ad Monaſteria Ciſtercienſis Ordinis accedentes, licet ab eis charitativè recipiantur, & eis curialitèr neceſſaria miniſtrentur cibis tamen regularibus (1) non contenti contra privilegia dicti Ordinis carnes (2) petunt, & ſi eis non miniſtrentur, auferunt (3) violenter. Et licet in locis eiſdem fiant eleemoſinæ competentèr: ipſi tamen Prælati ipſis religioſis invitis alias eleemoſinas faciunt etiam in aliquibus locis, in quibus procurationes non habent de conſuetudine, vel de jure. Pro equitaturis (4) quoquè ferrandis, licet ferris non egeant, & ſi coci eorum ſui officii ratione pecuniam (5) exigunt, & extorquent: Nec compoſitiones ſuper procurationibus inter prælatos ipſos, & eos initas eis ſervant: ipſis etiam in recipiendis procurationibus ità graves exiſtunt, quod ipſis in eorum Monaſteriis, & Eccleſiis procurationes recipientibus longi temporis victum brevis hora conſumit: & dum procurationes recipiunt, canes venaticos, falcones, & accipitres ſecum habeant: Et niſi voluntati ſatisfiat eorum, Valvæ Monaſteriorum, ſeu Eccleſiarum per violentiam ſæpè franguntur, & ornamenta Eccleſiæ exportantur, pluresque procurationes recipiunt una die Sedis Apoſtolicæ privilegio non ſuffulti: interdùm in pecunia numerata, viſitationis officio non impenſo, & occaſione dictarum procurationum iidem Prælati ab ipſis frequentèr exigunt, quæ illis ſolvere non tenentur, intolerabilia eiſdem gravamina cumulantes: Sunt & nonnulli, qui procurationes

Nun-

Digitized by Google

Nuntiorum Apoſtolicæ Sedis, aliaque extraordinaria onera exemptis, & aliis Religioſis pro majori parte imponunt: ut ſe, ac Presbyteros liberent Sæculares religioſos ad ordinandum hujuſmodi onerum diſtributionem minimè aſſumentes: In multis etiam aliis præfatis prælati, exempta Monaſteria, & ipſorum Eccleſias utroque illis jure ſubjectas gravant in procurationibus recipiendis, & oneribus inſolitis imponendis.

Nos igitùr ſuper his volentes de opportuno remedio providere, ſacri approbatione Concilii duximus ſtatuendum, ut ſi Epiſcopi non cauſa Viſitationis, ſed charitativæ Hoſpitalitatis ad Monaſteria venerint ſupradicta, Victualia gratioſè recipiant, quæ charitatis gratia eis fuerint miniſtrata. Ipſis autem Epiſcopis ad Monaſteria venientibus ſupradicta, & procurationes ibidem recipientibus ſibi debitas de jure communi, conſuetudine, privilegio, vel jure alio ſpeciali in domibus ipſorum Monaſteriorum extra tamèn ſepta ipſorum exiſtentibus, ſi quæ fuerint ad hoc aptæ, alioquin intra Septa ipſa, non tamèn intra portam, quam regularem appellant, Carnium pro congruentia temporis ſi voluerint (privilegio non obſtante quocumque) cibaria miniſtrentur (6). Nec inconveniens reputamus, ſi fragmenta, quæ de Menſis ipſorum Epiſcoporum, & ſuorum familiarium colliguntur per ipſorum Epiſcoporum eleemoſinarios ibidem pauperibus erogentur (7). Ab aliis autem gravaminibus expreſſis ſuperius, Prælati diligentèr abſtineant, ſi Dei, & Apoſtolicæ Sedis indignationem voluerint evitare.

[1] Sciendum, quod Prælati Monaſteria accedentes, quandoquè recipiuntur ex debito, puta cum Viſitationis cauſa accedunt; quandoquè verò charitativè, videlicet hoſpitalitatis cauſa, & iſti cibis regularibus debent eſſe contenti.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hujuſmodi Clementina n. 85. & 106.

(2) Nota quod à regula S. Benedicti eſt Monachis interdictus eſus Carnium, quas non poſſunt niſi ex neceſſitate comedere.

Digitized by Google

Clementinane in Agro de Stat. Monac.

Azor. Inſtit. Moral. par. 1. lib. 13. cap. 11. Verſ. Primò.

Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. diſput. 3. quæſit. 6. n. 25.

[3] Notandum, quod ſi procuratio non præſtetur illi, cui debetur, non eſt violentèr auferenda.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 2.

(4) Sciendum, quod Prælati viſitantes non debent pro Equorum ferramentis pecuniam potere.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 3.

Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. ſub n. 63. Verſ. Neque.

Criſpin. Viſit. Paſtoral. par. 1. §. 16. n. 31.

Roſa de reſid. Epiſcop. cap. 4. Sect. 6.

S. Congr. Conc. in Amalphit. 18. Junii 1699.

[5] Coqui, & Familiares Prælatorum viſitantium debent a pecuniarum extorſione ſe abſtinere.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 4.

Criſpino Viſit. Paſtoral. par. 1. §. 17. n. 99.

Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 16. n. 33.

Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 39. n. 16.

Vid. meam Collectan. ad C. T. Seſ. 24. de reform. cap. 3. n. 11.

(6) Nota, quod Prælatus Viſitator poteſt extra Portam Regularem in loco ſibi aſſignato veſci Carnibus.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 85. & 106.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 4. tit. 9. n. 20.

Pax Jordan. Elucubr. Diverſ. lib. 7. tit. 18. de Procurat. n. 75. tom. 2.

[7] Poteſt etiam eleæmoſinam facere de fragmentis cibariorum ipſi elargitorum, & ſuis Familiabus.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 4. in fine.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 91.

Petrus de Ancharano ſuper eadem Clementina n. 13. & 14.

Genuen. in Manual. Paſtor. cap. 35. n. 6.

Pax Jordan. in loco ſuperiùs citato n. 85.

CAPIT. TERTIUM.

PRæſenti conſtitutione jubemus, ut Locorum Diœceſani contra eos, qui ab Eccleſiis, vel Perſonis Eccleſiaſticis pro earum rebus propriis, quas non negotiandi (1) cauſa deferunt, aut deferri faciunt, vel tranſmit-

mittunt, pedagia, vel guidagia ſuo, vel alieno nomine exigunt, (2) vel extorquent in animarum ſuarum periculum, & eorum, a quibus ea exigunt, præjudicium, & gravamen, excommunicationis, & interdicti ſententias a jure prolatas poſtquam de his ipſis conſtiterit, omnino publicent, vel a ſuis Subditis tamdiù faciant publicari, donèc illi ſic exacta reſtituerint, & de traſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerint competentèr.

(1) Advertendum, quòd a pedagiorum ſolutione immunes ſunt Clerici de omnibus rebus propriis, quas non negociationis cauſa deferunt ſivè deferre faciant, ſivè tranſmittant.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 2.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Clerici quoad Collectas.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. tit. 27. n. 7. pag. 369.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. par. 1. cap. 14. n. 10.

Joan. Petrus Ferrar. aur. practic. in form. libel. pro ſolt. pedag. pag. 482. n. 9. & in Notis Verb. Fructus a Clericis.

(2) Nota 1. quod exigentes pedagia, & guidagia a Clericis, qui res ſuas aliundè transferunt non negociationis cauſa, ſunt excomunicati.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Exigens.

Text. in Cap. Quanquam 4. de Cenſib. in 6.

Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 49. n. 29.

Fattolil. de Immunit. Eccleſ. par. 3. Sect. 8. n. 2. tom. 1. & pag. 417. n. 8. tom. 2.

Carol. de Graſ. de effect. Cleric. 3. n. 5. & 6.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Bona artic. 3. n. 6.

Cortiada Deciſ. Cathalon. 202. n. 4. Par. 4.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. Verb. Exigere.

Sciendum eſt, quod non dicitur negociatio lucrativa, ſed potiùs œconomica a Sacris Canonibus permiſſa Eccleſiaſticis transmiſſio Frumenti, Farinæ, Vini, Olei, aliorumque fructuum ex propriis Bonis collectorum ad alienas Terras, & Civitates, etiamſi id facerent ut cariùs vendant.

Bonaccina in Bulla Cœnæ Domini tom. 3. diſput. 1. quæſt. 19. punct. 3. §. 3. n. 6.

Souſa in eadem Bulla Cœnæ Domini cap. 19. diſput. 92. Conſ. 1. n. 4.

Diana Coordinatus tom. 9. tract. 2. reſol. 256. n. 2. quo loci reprobat Carolum de Graſſis, qui con-

Digitized by Google

contrariam opinionem tuetur.

Barboſa de poteſt. Epiſcop. allegat. 13. ſub n. 10.

Antonel. de Jurib. Cleric. lib. 1. part. 1. cap. 7. ſub n. 15.

Sperel. deciſ. 49. n. 9. cum plurib. ſeqq.

Panimolla deciſ. 6. adnot. 5. n. 13.

Rota in Bononien. Manutentionis 2. Decembris 1707. §. Parum urgente coram Card. Scotto.

(3) Nota 2. quod Diœceſani, poſtquam eis conſtiterit, aliquos in dictam excommunicationem, ſeù interdictum incidiſſe tenentur publicare, vel a ſuis Subditis tamdiù publicari faciant, donèc illi ſic mala exacta reſtituant, & de tranſgreſſione ſatisfaciant competentèr.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 4.

Bonifacius de Vitalinis ſuper ead. Clementina n. 42. & 43.

Fattolill. de Immunit. Eccleſ. ſuper hac met Clementin. tom. 2. §. 100. pag. 468.

Theſaur. de Pæn. Eccleſ. Par. 2. Verb. Immunitas Eccleſiaſtica cap. 4. ſub. n. 3.

Girald. ad eumd. Thæſaur. Par. 2. cap. 4. ſub n. 3. Verſ. Deinde.

A S. Gregorio univerſal. Tractat. lib. 1. de Trib. & Vect. cap. 16. n. 1.

Notandum, quod non modicæ inſpectionis habita ſemper fuit illa quæſtio, an emtores fructuum bonorum Eccleſiæ gaudeant immunitate illa, qua gaudet & ipſa Eccleſia. Invaluit verò hæc diſtinctio, quod aut in pactum fuit ab Eccleſia deducta immunitas, & gaudere illa ipſa immunitate debent Emtores; aut immunitas conventa minimè fuit, & non eſt, cureat gaudere debeant iidem Em tores.

Piton. diſcep. Eccleſ. 158. fere per tot.

Sacra Congreg. Immunitatis in Fanen. 13. Februarii 1754.

TITULUS XIV.

De Celebratione Miſſarum, & aliis Divinis Offitiis.

CAPIT. PRIMUM.

GRavi nimirùm turbatione movemur, quod ex nonnullorum Rectorum negligentia, quæ dum ſpem impunitatis permittit, multam nutrire peſtilentiam conſuevit in (1) Subditis, plerique Eccleſiarum Miniſtri mode-

modeſtia Ordinis Clericalis abjecta, (2) dum offerre Deo Sacrificium laudis fructum labiorum ſuorum in puritate conſcientiæ, & animi devotione deb erent horas Canonicas dicere, seù pſallere [3] traſcurrendo, ſyncopando extranea quidèm, & plerumque vana, profana, & inhoneſta intermiſcendo colloquia, [4] tar de ad Chorum conveniendo, ſeu Eccleſiam ipſam abſque rationabili cauſa ante finem Officii exeundo frequenter (5); Aves interdum portando, ſeu faciendo portari, Caneſque ſecum ducendo venaticos (6), ac quaſi nihil prætendentes de Clericali Militia in Corona, Veſtibus, & Tonſura Divina etiam celebrare, aut eis intereſſe indevotè præ ſumunt.

Nonnulli etiam tàm Clerici, quàm Laici præſertim in Feſtorum certorum Vigiliis, dum in Eccleſiis deberent Orationi inſiſtere non verentur in ipſis, earumque Cæmeteriis Choreas (7) facere diſſolutas, & interdum canere cantilenas, ac multas inſolentias perpetrare; ex quibus Eccleſiarum, & Cæmeteriornm violationes, inhoneſta, variaque delicta quandoque ſequuntur, & Eccleſiaſticum plerumque perturbatur officium in Divinæ Majeſtatis offenſam, & aſtanſium ſcandalum Populorum.

In multis inſuper Eccleſiis cum vaſis, veſtimentis, & cæteris ornamentis ad divinum cultum neceſſariis, indecentibus (8) utique (penſatis earum, facultatibus) deſervitur (9).

Ne igitur transgreſſiones invaleſcant hujuſmodi, aliiſque veniant in exemplum, ſacri Concilii approbatione hoc fieri prohibentes: ſancimus, ut illi ad quos id pertinet, & in eorum ſi utique exempti non ſint negligentiam vel defectum locorum Ordinarii: ſi verò exempti fuerint, aut aliàs circa hoc privilegiati, Superiores ipſorum (omni negligentia, vel incuria penitùs relegata)

ta) circa reformanda præmiſſa, & eorum ſingula corrigenda, nec non ut in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Eccleſiis horis debitis devotè pſallatur. In aliis verò convenientèr, & debitè celebretur divinum diurnum, & nocturnum officium (10), ſi Dei, & Apoſtolicæ Sedis indignationem evitare voluerint, ſollicitam curent diligentiam adhibere: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam (dumodò ad eos illam exercere pertineat) aliiſque opportunis remediis compeſcendo, facientes prout ad eos ſpectat in his, & aliis, quæ ad divinum Cultum, & morum reformationem pertinent, ac Eccleſiarum, & Cæmeteriorum reſpiciunt honeſtatem, Sacrorum ſtatuta Canonum, ad quæ ſcienda diligens curent adhibere ſtudium irrefragabiliter obſervari.

(1) Nota, quod Prælatorum negligentia in coercendis Subditorum exceſſibus quamdam tribuit ipſis delinquentibus immunitatis ſpem, quæ peſtilentiam nutrit in ſubjectis.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina in princip.

[2] Clerici non debent Ordinis Clericalis modeſtiam abjicere.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

Clericat. de Sacrif. Miſſæ deciſ. 49. n. 50.

(3) Advertendum, quod Eccleſiæ Miniſtri debent Sacrificium laudis Deo offerre horis Canonicis cum conſcientiæ puritate, & animi devotione.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 2.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Pſallere.

[4] Notandum quod horis debitis eſt in omnibus Eccleſiis Officium divinum debito ritu, & cultu celebrandum non ſyncopando verba, nèc varia miſcendo colloquia.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Officium Divinum.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. tit. 2. n. 1. pag. 195.

Reiffenſtuel. Theolog. Moral. Tract. 6. de Hor. Canon. Diſtinct. 1. quæſt. 3. n. 50.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 78.

(5) Non decet Canonicos tardè ad Chorum accedere, & ante finem officii ſine cauſa ab illo exire.

Pe-

Digitized by Google

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 6.

(6) Nota, quod Clerici non debent Canes Venaticos tenere, nec ſecum ducere ad Eccleſiam.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 41.

Cardinalis Zabarella ſuper eadem Clementina n. 3.

[7] Advertendum, quod in Cœmeterio non ſunt Choreæ ducendæ, nec aliud ſimile peragendum.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Cœmeterium.

Paravicin. in Polyanth. Sacror.Canon.tom.1.Verb. Cœmeterium.

Lagunez de Fructib. par. 1. cap. 34. §. Unic. n. 79. & 100.

Ventrigl. in Prax.For.Eccleſ. tom. 2. Annot. 22. §. Unic. n. 22.

(8) Notandum, quod Eccleſiaſtica ornamenta non debent eſſe vilis precii ſed decentia juxta Eccleſiæ facultatem.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 60.

Abbas Panormitanus ſuper hac met Clementina n. 9.

(9) Sciendum, quod in decentibus veſtibus debet in Eccleſiis per Clericos deſerviri.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina ſub n. 4. Verſ. Decimotertio nota.

(10) In hac Viennenſi conſtitutione *in* §. *Ne igitur* ſtatutum legitur, præceptum devotè horis debitis pſallendi in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Eccleſiis omnes Horas Canonicas in Choro, & Miſſarum Solemnia celebrandi.

Lambertin. De Synod. Diœceſan. lib. 13. cap. 9. n. 12.

Pignatel. Conſult. Canon. to. 6. conſ. 52. n. 1.

Reiffenſtuel. Theolog. Moral. Tract. 6. de Horis Canonic. Diſt. 1. quæſt. 6. n. 68.

A. S. Gregorio Univerſal. Tract. lib. 3. de Horis Canon. cap. 72. n. 7.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 11.

CAPIT. SECUNDUM.

Dignum prorſus, & congruum arbitrantes, quod Clerici tam Religioſi, quam alii Cardinalium Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ac quorumcumque Pontificum gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentium commenſales domeſtici ſe poſſint ipſis in divinis officiis cooptare, ut illud quod iidem Cardinales, ſeu Pontifices dicent officium licite dicere valeant: Nec ad dicendum aliquod aliud teneantur ſacris approbatione concilii indulgemus. No-

Nota, quod Clerici etiam religioſi domeſtici commenſales Cardinalium, vel Epiſcoporum licitè dicere poſſunt officium, quod dicunt eorum Domini.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementina n. 35.

Cardinalis Zabarella ſuper eadem Clementina n. 4.

Joannes a Turre Cremata ſuper Decret. par. 1. in cap. Qui autem Diſtinct. 91. n. 24.

Paſſerin. de Homin. Stat. tom. 1. quæſt. 185. art. 8. n. 144.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 2.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Cardinalis artic. 4. n. 10.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

TITULUS XV.

De Baptiſmo, & ejus effectu.

CAPIT. UNICUM.

PRæſenti prohibemus edicto, ne quis de cætero in aulis, vel cameris, aut aliis privatis domibus, (1) ſed dumtaxat in Eccleſiis, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati aliquos (niſi regum, vel principum (2), quibus valent in hoc deferri, liberi extiterint. Aut talis neceſſitas emerſerit propter quam nequeat ad Eccleſiam abſque periculo (3) propter hoc acceſſus haberi) audeat baptizare. Qui autem ſecus præſumpſerit, aut ſuam in hoc præſentiam exhibuerit, taliter per Epiſcopum ſuum caſtigetur (4), quod alii attentare ſimilia non præſumant.

Scitu dignum, quod quarto labente Sæculo nedum in privatis fidelium domibus Baptiſteria latitabant, nèc ſolis in Eccleſiis Cathedralibus erant illa erecta, ſed in omnibus etiam Parochiis extra urbem poſitis extiterant.

§. Juenin. De Sacrament. Diſſert. 2. de Baptiſm. Quæſt. 10. cap. 1. n. 4.

[1] Nota, baptiſmum ſine Epiſcopi licentia non eſſe privatis in domibus miniſtrandum, ſed tantùm in Eccleſiis, & locis publicis ad id deſtinatis fontes habentibus Baptiſmales.

Pax Jordan. Elucubr. lib. 3. tit. 1. n. 10. tom. 1. Le-

Lelius Zecch. de Repub. Eccleſ. tit. de Cleric. n. 6.

Clericat. de Baptiſmo deciſ. 30. n. 9.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina num. 1.

Ferrari in Bibliotheca Canonica Verb Baptiſmus artic. 6. n. 7.

(2) Limit. 1. in Filiis Regum, & Principum, qui poſſunt in propriis domibus baptizari.

Capon. diſcept. forenſ. diſcep. 330. n. 7. tom. 5.

Girald. ad Theſaur. de pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 8. Verb. Baptiſmum extra Eccleſiam pag. 108.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 4.

Qui veró veniant nomine Ducum, vel Principum videri poſſunt.

Fraſſ. de Patronat. Reg. cap. 85. n. 51.

Capon diſcept. 329. & ſeq. per tot.

Marius Italia de Immunit. cap. 5. §. 7. n. 14.

Heinric. Springesfeldo de Apanag. cap. 3.

Lagunez. de fructib. par. 1. cap. 22., & cap. 30. cum ſeqq.

[3] Limit. 2. in iis, qui vel cauſa ægritudinis, vel certæ neceſſitatis abſque vitæ periculo deferri ad Eccleſiam nequeunt.

Juenin. de Sacrament. Diſſert. 2. de Baptiſm. quæſt. 10. cap. 1. n. 5.

Pax Jordan. Elucubr. lib. 3. de Baptiſm. tit. 1. n. 11. tom. 1.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 3. §. Illud etiam.

Hallier. de Sacr. Ordin. & Elect. Part. 3. ſect. 6. cap. 1. Art. 2. n. 1.

Clericat. de Baptiſmo deciſ. 30. ſub n. 10.

[4] Advertendum, quod ſunt ab Epiſcopo puniendi non ſolùm baptizantes, qui abſque ipſius licentia privatis in domibus baptiſmum miniſtraverint, ſed etiam aſſiſtentes.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Baptiſmus in quo loco dandus.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. ſub eod. Verbo.

Menocch. de Arbitrar. Centur. 5. Caſ. 431.

Pax Jordan. Elucubr. lib. 3. tit. 1. n. 10. tom. 1.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementina n. 21. & 25.

Non procedit ſi periculum ſit in mora, nec requirendæ licentiæ tempus ſuppetat, quia in iſto caſu non meretur caſtigari Eccleſiaſticus privatim ſinè ipſa baptizans.

Pax Jordan. in loco ſuperius citato n. 12.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 5.

TITULUS XVI.

De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum.

CAPIT. UNICUM.

SI Dominus in Sanctis ejus laudare jubemur, dignum profecto juſtum, & ſalutare nobis exiſtit, ut ſibi in ſui quo nos quotidie ſpiritualiter reficit memoriam Corporis, laudes feſtivæ venerationis & gratias referamus. Hac igitur conſideratione inducti, conſtitutionem a bonæ memoriæ Urbano Papa Quarto prædeceſſore noſtro ſuper hoc editam, de fratrum noſtrorum conſilio diſtricte præcipimus obſervari, cujus tenor ſequitur in hæc verba. Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælati: & cætera.

Tranſiturus de hoc mundo ad Patrem Salvator Noſter Dominus Jeſus Chriſtus, cum tempus ſuæ paſſionis inſtaret, ſumpta cæna, in memoriam mortis ſuæ inſtituit ſummum, & magnificum ſui Corporis & Sanguinis Sacramentum, Corpus in cibum, & Sanguinem in poculum tribuendo: Nam quoties hunc panem manducamus, & Calicem bibimus Mortem Domini annuntiamus. In inſtitutione quidem hujus Sacramenti dixit ipſe Apoſtolis: Hoc facite in meam commemorationem, ut præcipuum, & inſigne memoriale ſui amoris eximii, quo nos dilexit, eſſet nobis hoc præcelſum, & venerabile Sacramentum: Memoriale, inquam, mirabile, ac ſtupendum, delectabile, ſuave, tutiſſimum, ac ſuper omnia prætioſum, in quo innovata ſunt ſigna, & mirabilia immutata, in quo habetur omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuavitas ipſaque dulcedo Domini degu-

ſtatur,

ſtatur, in quo utique vitæ ſuffragium conſequimur, & ſalutis. Hoc eſt memoriale dulciſſimum, Memoriale Sacratiſſimum, memoriale ſalvificum, in quo a malo retrahimur, & in bono confortamur, & ad virtutum, & gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipſius corporali præſentia Salvatoris. Alia namque quorum memoriam agimus, ſpiritu, menteque complectimur: ſed non propter hoc realem eorum præſentiam obtinemus. In hac vero Sacramentali Chriſti commemoratione Jeſus Chriſtus præſens ſub alia quidem forma in propria vera ſubſtantia eſt nobiſcum: Aſcenſurus enim in cœlum dixit Apoſtolis & eorum Sequacibus: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi: benigna ipſos promiſſione confortans, quod remaneret, & eſſet cum eis etiam præſentia corporali. O digna; & nunquam intermittenda memoria, in qua mortem noſtram recolimus mortuam, noſtrumque interitum interiiſſe, ac lignum vivificum ligno Crucis affixum fructum nobis attuliſſe ſalutis.

Hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ fidelium animos replet gaudio ſalutari, & cum infuſione lætitiæ devotionis lacrymas ſubminiſtrat. Exultamus nimirum noſtram memorando liberationem, & recolendo paſſionem Dominicam, per quam liberati ſumus, vix lacrymas continemus. In hac itaque Sacratiſſima commemoratione adſunt nobis ſuavitatis gaudium ſimul & lacrymæ; quia & in ea congaudemus lacrymantes, & lacrymamur devote gaudentes, lætas habendo lacrymas, & lætitiam lacrymantem: Nam & cor ingenti perfuſum gaudio, dulces per oculos ſtillat guttas. O divini amoris immenſitas, divinæ pietatis ſuperabbundantia, divinæ affluentia largitatis: dedit enim nobis Dominus omnia, quæ ſubjecit ſub pedibus noſtris, & ſuper univerſas terræ Creaturas contulit nobis dominii principatum.

Ex miniſtris etiam ſpirituum ſuperiorum nobilitat, & ſublimat hominis dignitatem: Adminiſtratorii namque ſunt omnes in miniſterium propter eos qui hæreditatem ſalutis capiunt deſtinati. Et cum tam copioſa fuerit erga nos ejus munificentia, volens adhuc ipſe in nobis ſuam exuberantem charitatem præcipua liberalitate monſtrare ſemetipſum nobis exhibuit, & traſcendens omnem plenitudinem largitatis omnem modum dilectionis excedens, attribuit ſe in cibum. O ſingularis, & admiranda liberalitas, ubi donator venit in donum, & datum eſt idem penitus cum datore. Quam larga, & prodiga largitas, cum tribuit quis ſe ipſum. Dedit igitur nobis ſe in pabulum; ut quia per mortem homo corruerat, & per cibum ipſe relevaretur ad vitam: cecidit homo per cibum ligni mortiferum, relevatus eſt homo per cibum ligni vitalis: in illo pependit eſca mortis, in iſto pependit vitæ alimentum. Illius eſus mæruit læſionem, iſtius guſtus intulit ſanitatem: guſtus ſanciavit, & guſtus ſanavit. Vide quia unde vulnus eſt ortum, prodiit & medela: & unde mors ſubiit, exinde vita evenit. De illo ſiquidem guſtu dicitur: Quacumque die comederis, morte morieris. De iſto vero legitur: Si quis comederit ex hoc pane, vivet in eternum. Hic eſt cibus, qui plene reficit, vere nutrit, ſummeque impinguat: non corpus, ſed cor, non carnem, ſed animam, non ventrem, ſed mentem. Homini ergo, qui ſpirituali alimonia indigebat, Salvator ipſe miſericors de nobiliori, & potentiori hujus mundi alimento pro animæ refectione pia diſpoſitione providit, decens quoque liberalitas extitit, & conveniens operatio pietatis, ut Verbum Dei æternum, quod rationabilis Creaturæ cibus eſt, & refectio factum caro, ſe rationabili creaturæ carni, & corpori, homini videlicet in edulium elargiretur: panem enim Angelorum

 man-

manducavit homo: & ideo Salvator ait. Caro mea vere eſt Cibus. Hic panis ſumitur, ſed vere non conſumitur: manducatur, ſed non tranſmutatur: quia in edentem minime transformatur: ſed ſi digne recipitur, ſibi recipiens conformatur. O excellentiſſimum Sacramentum. O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconiis exaltandum, cunctis honerandum ſtudiis, devotis proſequendum obſequiis, & ſinceris mentibus retinendum. O memoriale nobiliſſimum intimis commendandum præcordiis firmiter animo alligandum, diligenter reſervandum in cordis utero, & meditatione, ac celebratione ſedula recenſendum. Hujus memorialis continuam debemus celebrare memoriam, ut illius, cujus ipſum fore memoriale cognoſcimus, ſemper memores exiſtamus: quia cujus donum vel munus frequentius aſpicitur, hujus memoria ſtrictius retinetur.

Licet igitur hoc memoriale Sacramentum in quotidianis Miſſarum ſolemniis frequentetur, conveniens tamen arbitramur, & dignum, ut de ipſo ſemel ſaltem in anno ad confundendam ſpecialiter hæreticorum perfidiam, & inſaniam, memoria ſolemnior, & celebrior habeatur. In die namque cœnæ Domini, quo die ipſe Chriſtus hoc inſtituit Sacramentum,[1] univerſalis Eccleſia pro pœnitentium reconciliatione Sacri confectione Chriſmatis, adimpletione mandati circa lotionem pedum, & aliis plurimum occupata plene non poteſt celebrationi hujus maximi Sacramenti. Hoc enim circa Sanctos, quos per anni circulum veneramur, ipſa obſervat Eccleſia, ut quamvis in Letaniis, & Miſſis, ac aliis etiam ipſorum memoriam ſæpius renovemus: nihilominus tamen ipſorum natalitia certis diebus per annum ſolemnius recolat, feſta propter hoc eiſdem diebus ſpecialia celebrando. Et quia in his feſtis circa ſolemnitatis de-

debitum aliquid per negligentiam, ut rei familiaris occupationem, aut alias ex humana fragilitate omittitur; ſtatuit ipſa Mater Eccleſia certam diem, in qua generaliter omnium Sanctorum commemoratio fieret: ut in hac ipſorum celebratione communi quicquid in propriis ipſorum feſtivitatibus omiſſum exiſteret ſolveretur. Potiſſime igitur exequendum eſt erga hoc vivificum Sacramentum Corporis, & Sanguinis Jeſu Chriſti, qui eſt Sanctorum omnium gloria, & corona, ut feſtivitate, ac celebritate præfulgeat ſpeciali: quatenus in eo, quod in aliis Miſſarum officiis circa ſolemnitatem eſt forſitan prætermiſſum, devota diligentia ſuppleatur, & fideles, feſtivitate ipſa inſtante, intra ſe præterita memorantes, id quod in ipſis Miſſarum ſolemniis ſæcularibus forſan agendis impliciti, aut aliâs ex negligentia, vel fragilitate humana minus pene geſſerunt; tunc attente in humilitate ſpiritus, & animi puritate reſtaurent. Intelleximus autem olim dum in minoris eſſemus officio conſtituti, quod fuerat quibuſdam Catholicis divinitus revelatum feſtum hujuſmodi generaliter in Eccleſia celebrandum. Nos itaque ad corroborationem, & exaltationem catholicæ Fidei, digne ac rationabiliter duximus ſtatuendum, ut de tanto Sacramento præter quotidianam memoriam, quam de ipſo facit Eccleſia, ſolemnior, ac ſpecialior annuatim memoria celebretur: certum ad hoc deſignantes, & deſcribentes diem, videlicet feriam quintam (2) proximam poſt octavam Pentecoſtes: ut in ipſa quinta feria devotæ turbæ fidelium propter hoc ad Eccleſias affectuoſe concurrant, & tam Clerici, quam populi gaudentes in cantica laudum ſurgant: tunc enim omnium corda, & vota, ora, & labia hymnos perſolvant lætitiæ ſalutaris: tunc pſallat fides, ſpes tripudiet, exultet charitas, devotio plaudat, jubilet chorus puritas jocundetur: tunc ſinguli alacri animo, pronaque volunta-

luntate conveniant, ſua ſtudia laudabiliter exequendo tanti feſti ſolemnia celebrantes: & utinam ad Chriſti ſervitium ſic ejus fideles ardor inflammet, ut per hæc, & alia proficientibus ipſis meritorum cumulis apud eum, qui ſe dedit pro eis in pretium tribuitque ſe ipſis in pabulum, tandem poſt hujus vitæ decurſum eis ſe in præmium largiatur.

Ideoque Univerſitatem veſtram monemus, & hortamur in Domino, & per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus tam excelſum, & tam glorioſum feſtum, prædicta quinta feria ſingulis annis devotè, ac ſolemniter celebretis, & faciatis ſtudioſe per Univerſas Eccleſias Civitatum veſtrarum, & Dioecеſum celebrari, ſubditos veſtros in Dominica dictam quintam feriam proxime præcedentem, ſalutaribus monitis ſollicite per vos, & per alios exhortantes, ut per veram, & puram confeſſionem, eleemoſinarum largitionem, attentas, & ſedulas orationes, & alia devotionis, & pietatis opera, taliter ſe ſtudeant præparare, quod hujus pretioſiſſimi Sacramenti mereantur fieri participes illa die, poſſintque ipſum ſuſcipere reverenter, ac ejus virtute augumentum conſequi gratiarum. Nos enim Chriſtifideles ad colendum tantum feſtum & celebrandum, donis volentes ſpiritualibus animare, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Matutinali officio Feſti ejuſdem in Eccleſia, in qua idem celebrabitur, interfuerint centum: Qui vero Miſſæ totidem: Qui autem in primis ipſius feſti veſperis interfuerint ſimiliter centum: Qui vero in ſecundis: totidem: Illis vero qui Primæ, Tertiæ, & Sextæ, Nonæ, ac Completorii officiis interfuerint, pro qualibet Horarum ipſarum quadraginta: Illis autem qui per octavas illius feſti Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſæ, ac prædictarum

rum

rum Horarum officiis interfuerint, centum dies ſingulis Octavarum ipſarum diebus de omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli auctoritate confiſi, de injunctis ſibi poenitentiis relaxamus (3).

(1) Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum fuit in ultima cæna a Chriſto inſtitutum.

Cucch. in Inſtit. Major. lib. 5. tit. 5. n. 33.

Gibert. in Jur. Canon. tom. 3. de Sacram. tit. 4. ſect. 2. n. 1.

Suarez. in 3. part. quæſt. 73. art. 5. diſput. 41. pag 456.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. Verb. Euchariſtiæ natura, & inſtitutio.

Vid. meam Collectaneam ad C. T. in Seſſ. 13. de Euchariſtia cap. 1. n. 2.

(2) Corporis Chriſti Feſtum eſt ſingulis annis feria quinta poſt octavam Pentecoſtes celebrandum.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Corporis Chriſti feſtum.

Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom. 3. pag. 295. n. 5.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. Verb. Corporis Chriſti feſtum.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementina in §. Nos itaque n. 1.

Cardinalis Zabarella ſuper eadem Clementin. in d. §. Nos itaque n. 1., ubi habetur, quod feſtum hoc debet feria quinta celebrari, quia tali die fuit inſtitutum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum.

[3] Scitu dignum, quod Corporis Chriſti officio præſentes etiamſi Laici exiſtant ſi confeſſi pænitentes ſint has lucrantur indulgentias, videlicèt: qui Matutino aſſiſtunt centum dies; & totidèm qui Miſſæ; Sic qui primis, vel ſecundis Veſperis. Qui verò horis Canonicis, nempè primæ, tertiæ, ſextæ, & nonæ in Feſto quadraginta pro qualibet; qui demum ſunt per Octavam præſentes matutinis Centum.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Officia quædam.

Ferrari Bibliotheca Canon. Verb. Feſta n. 62.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 8.

TITU-

TITULUS XVII.

De Immunitate Eccleſiarum.

CAPIT. UNICUM.

QUoniam ex Conſtitutione Bonifacii Papæ Octavi prædeceſſoris noſtri quæ incipit: CLERICIS LAICOS, & ex declaratione ſeu declarationibus ex illa poſtmodum ſubſecutis, nonnulla ſcandala magna pericula, & incommoda gravia ſunt ſecuta, & ampliora ſequi (niſi celeri remedio ſuccurratur) præſumitur veriſimiliter in futurum: Nos de conſilio fratrum noſtrorum conſtitutionem, & declarationem, ſeu declarationes prædictas, & quicquid ex eis ſecutum eſt, vel obeas, pænitus revocamus, & eas haberi volumus pro infectis (1): Volentes, & firmiter ſtatuentes illud (contra quoſcumque laicos exigentes, ſeu extorquentes ab Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque Perſonis tallias, ſeu collectas, aut exactiones quaſcunque (2), & contra dantes ad id faciendum conſilium, auxilium, vel favorem (3): nec non & circa præſtandas ſubventiones (4) Laicis ab Eccleſiarum Prælatis, ac aliis Viris Eccleſiaſticis) inviolabiliter obſervari, quod ſuper his a prædeceſſoribus noſtris in Lateranenſi, & generali conciliis, quæ nos ſub obteſtatione Divini judicii præcipimus obſervari diſtricte, ſalubriter eſt proviſum.

[1] In hac Viennenſi Conſtitutione fuit tota illa Bonifacii Octavi Conſtitutio quæ incipit = *Clericis Laicos* = ſuis cum declarationibus revocata, & abrogata.

Fattolil. de Immunit. Eccleſ. ſuper hac Clementina tom. 2. pag. 470. §.103.

Girald. ad Thæſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. Verb. Depoſita pag. 165.

De Vecchis de Bono regimine tom. 3. pag. 546. n. 6.

Thomaſſin. de Beneſic. par. 3. lib. 1.

lib.1. cap.43. ſub. n.9. Verſ. utque ad Bullam.

Nota quod cenſuras Bullæ Cænæ Domini incurrunt Laici quicumque gabellas, & onera Eccleſiaſticæ libertatis læſiva imponentes, inconſulto Romano Pontifice.

Text. in Cap. Non minùs, & in Cap. Adversùs ubi Fagnan. n.4. de Immunit. Eccleſ.

Bulla Cænæ §. 18.

Spada Conſil.134. cum duob. ſeq. lib.3.

Larræa Allegat. Fiſcal. 112. n. 37.

Rota in recent. deciſ.412.per tot.par.9. & deciſ.493. n.1.par.19.

Spoletana Gabellæ 11. Januarii 1708. §. Licet coram Cardinali Aldrovando.

(2) Item exigentes, ſeu extorquentes ab Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque Perſonis tallias, vel collectas, aut exactiones quaſcumque.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Excommunicationes Bullæ Cœnæ §. 18.

Paſtor. de Benefic. Eccleſ.lib. 3. tit.38. n.9.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 22. 27. & 28.

Matthæuc. de Official. Cur. Eccleſ. cap.8. n.17. in fin.

(3) Pariter dantes ad id faciendum conſilium, auxilium, vel favorem.

Fattolil.de Immunit. & libert. Eccleſiæ part.3. tract.3. ſect.1. ſub n.4.Verſ. Probatur tom.1., & to.2. pag. 401. §. 18.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom.2. tit.21. n.18.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n.5.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Contributio n.2.

(4) Sciendum, quod Eccleſiarum Prælati, ac alii Eccleſiaſtici Viri aſſentientes quocumque colore collationibus etiam per ſubventionem neceſſariam Laicorum, aut illas ſolventes ipſo jure excommunicationis cenſuram incurrunt.

Text. in Cap. Clericis 3. de Immunit. Eccleſ. in 6.

Decian. Reſponſ. 14. n. 4. Tom. 1.

Ferrari in loco ſupra citato n. 13.

LIBER

LIBER QUARTUS

TITULUS I.

De Conſanguinitate, & Affinitate.

CAPIT. UNICUM.

EOS, qùi Divino timore poſtpoſito, in ſuarum periculum animarum ſcienter in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis (1) conſtitutione canonica interdictis, aut cum Monialibus (2) contrahere matrimonialiter non verentur: Necnon Religioſos, & Moniales, ac Clericos in Sacris conſtitutos (3) matrimonia contrahentes, refrænare metu pœnæ (4) ab hujuſmodi eorum temeraritatis audacia cupientes: Ipſos excommunicationis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubiacere: Præcipiente Eccleſiarum Prælatis, ut illos quos eis conſtiterit taliter contraxiſſe, excommunicatos publice tamdiu nuncient, ſeu a ſuis Subditis faciant nunciari, donec ſuum humiliter recognoſcentes errorem, ſeparentur ab invicem, & abſolutionis obtinere beneficium mereantur (5). Per prædicta quoque juribus, quæ ſic contrahentibus alias pœnas imponunt, in nullo volumus derogari.

(1) Nota, quod tria Perſonarum genera per illam Clementinam excommunicatione plectuntur. Primò ſcienter matrimonia contrahentes cum Conſanguinea, vel Affine in gradu prohibito.

Antonel. de regimin. Eccleſ. lib. 6. cap 35. ſub n. 2. Verſ. Si verò ſcientèr.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Matrimonia ratione conſanguinitatis prohibita.

Digitized by Google

Sayr.de Cenſuris lib.3.cap.35. n. 15.

Maranta reſponſ. 24. num.29. lib. 1.

Paſtor. de Benef.Eccleſ.lib.3. tit.40. n.32.& in Notis lit. G.

Panimolla deciſ.141. num. 2. tom. 2.

(2) Itèm qui cum Monialibus matrimonium contrahere minimè verentur.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 10.

Bonifacius de Vitalinis ſuper eadem Clementina n.33.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor. Concil. pag. 491. n.13.

Theſaur.de Pæn. Eccleſ.part. 2. Verb. Matrimonium cap.5.

Ferrari Bibliothec. Canonic. Verb. Excommunicatio contra Omnes artic.4. n.29.

(3) Secundò excommunicatione afficiuntur Religioſi, & Religioſæ Profeſſæ; Et tertiò Clerici in Sacris conſtituti, qui matrimonia contrahunt.

Didacus Garcia de Traſmiera de Polygam. lib.3. quæſt. 14. n. 1.

Farinac. in Prax. & Theor. Crim. par. 2. tom. 2. quæſt. 138. n. 97.

De Joriis de Matrim. par. 8. quæſt.22. n.3. pag.151.

Engel. in Jus Canon. lib. 4. tit.6. §.2. n.1. pag.377.

Paſtor.de Benef. Eccleſ.lib.3. tit.40. n.33.

Pignatel. Conſ. Canon.tom.8. Conſ.81. n.27.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Excommunicatio contra Clericos artic.4. n.1.

(4) Advertendum, quod pœnæ metu eſt temeritatis audacia refrænanda.

Maranta reſponſ.35. num. 38. par. 3.

(5) Sciendum, quod in hac qua de agitur, Viennenſi Conſtitutione ad refrænandam hujuſmodi Contrahentium audaciam injungitur Eccleſiarum Prælatis, ut eos, eaſve, quos, & quas ſibi conſtiterit talitèr contraxiſſe publicé nuntient excommunicatos, vel faciant nuntiari, donec ſeparentur, & abſolutionis beneficium mereantur obtinere ab Epiſcopo.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par.2. cap.4. Verb. Matrimonium contrahens pag. 268.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Impedimenta Matrimon.art. 2. n. 7.

Notandum quod recenſita Clementina locum non habet in contrahentibus tantùm ſponſalia.

Johannes Guterius de Juramento confirmatorio par. 1. lib. 51. n. 7.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QUINTUS

TITULUS I.

De Magiſtris: & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

CAPIT. PRIMUM.

INTER ſollicitudines noſtris humeris incumbentes perpeti cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis (1) inducere, ipſoſque lucri facere Deo ſua nobis cooperante gratia, valeamus: hoc eſt quod profecto deſideranter exquirimus, ad id noſtræ mentis ſedulo deſtinamus affectum, ac circa iſtud diligenti ſtudio, & ſtudioſa diligentia vigilamus.

Non ambigimus autem, quin ad hujuſmodi noſtrum deſiderium aſſequendum divinorum eloquiorum ſit expoſitio congrua ipſorumque fidelis prædicatio admodum opportuna: Sed nec ignoramus, quin & hæc prominoſcantur inaniter, vacuaque redire, ſi auribus linguam loquentis ignorantium proferantur: Ideoque illius, cujus (2) vicem in terris (licet immeriti) gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per univerſum Mundum ad Evangelizandum Apoſtolos, in omni linguarum (3) genere fore voluit eruditos, viris Catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus utuntur infideles præcipue, abundare ſanctam affectamus Eccleſiam, qui infideles ipſos ſciant, & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, Chriſticolarumque collegio per doctrinam Chriſtianæ fidei, ac ſuſceptionem Sacri Baptiſmatis aggregare.

Ut

Digitized by Google

Ut igitur peritia linguarum hujuſmodi poſſit habiliter per inſtructionis efficaciam obtinere: Hoc Sacro approbante concilio ſcholas in ſubſcriptarum linguarum generibus ubicumque Romanam Curiam reſidere contigerit, necnon in Pariſien., & Oxonien., Bononien. & Salamantino ſtudiis providimus (4) erigendas: Statuentes, ut in quolibet locorum ipſorum teneantur Viri Catholici ſufficientem habentes Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldææ linguarum notitiam: duo videlicet uniuſcujuſque linguæ periti, qui ſcholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſollicitè doceant, (5) earumque peritiam ſtudioſa in illos inſtructione transfundant: ut inſtructi, & edocti ſufficientèr in linguis hujuſmodi fructum ſperatum poſſint (Deo auctore) producere, fidem propagaturi ſalubritèr in ipſos populos infideles. Quibus equidèm in Romana Curia legentibus per Sedem Apoſtolicam, in ſtudiis verò Pariſien. per Regem Franciæ in Oxonien. Angliæ, Scotiæ, Hyberniæ, ac Vualiæ, in Bononien. per Italiæ, in Salamantina per Hiſpaniæ Prælatos, Monaſteria, Capitula, Conventus, Collegia exempta, & non exempta, & Eccleſiarum Rectores in (6) ſtipendiis competentibus, & ſumptibus volumus provideri: contributionis onere ſingulis juxta facultatum exigentiam imponendo: Privilegiis, & exemptionibus quibuſcumque contrariis nequaquàm obſtantibus: quibus tamèn nolumus quo ad alia præjudicium generari.

(1) Papa omne debet ſtudium adhibere, ut errantes in Veritatis viam inducat.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 1.

[2] Papa Dei vices gerit in terris.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 3.

Julius Clar. lib. 5. §. final. Pract. Crimin. quæſt. 35. n. 2.

[3] Apoſtoli linguarum omnium notitiam habuerunt.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac

hac Clementina n. 15.

[4] Sciendum, quod in hoc Concilio Viennenſi, inſtante Raymundo Lullo, qui interfuit, ſtatutum fuit ut in univerſitate Bononienſi in Italia, in Pariſienſi in Gallia, in Oxonienſi in Anglia, & in Salamantina in Hiſpaniis, & ubicumque Romana Curia reſideret, Scholæ erigerentur, in quibus hæ docerentur linguæ, videlicèt *Hæbraica*, *Græca*, *Arabica*, & *Caldæa*, a duobus pro qualibet lingua Magiſtris.

Sebaſtian. Fanton. Caſtruc. Storia d'Avignon. Tom. 1. lib. 2. cap. 2. n. 15. pag. 159.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor. Concil. pag. 491. n. 14.

[5] Nota 1. quod in ſtudiis generalibus ſunt Magiſtri tenendi, qui recenſitas linguas doceant.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Magiſter.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. Verb. Magiſter.

[6] Nota 2. quod Profeſſoribus dictarum linguarum ſunt pro eorum laboribus danda ſtipendia.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 42.

Nota 3. quod hujuſmodi Profeſſorum electio ad eos ſpectat, qui illos debent de ſalario providere.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina in §. Quibus n. 4.

Petrus de Ancharano ſuper hac met Clementina n. 8.

Scitu dignum, quod tres ſunt linguæ fideles, quæ totum dividunt Orbem, videlicet Hæbraica, Græca, & Latina.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 60.

Advertendum, quod quamquàm iſta Clementina loquatur tantùm de Magiſtris docentibus linguas Hæbraicam, Græcam Arabicam, & Chaldæam, ſuas tamen porrigit vires etiam ad docentes Theologiam, & Jus Canonicum.

Decian. Reſponſ. 14. n. 42. & 43. tom. 1.

CAPIT. SECUNDUM.

CUM ſit nimis abſurdum (1), ut quis cum vanitate, & imperitia ad honorem aſcendat peritiæ litterarum, non ſine turbatione miramur illum apud Scholaſticos invaluiſſe abuſum, quod plerique eorum, qui quavis ſcientia ad doctoratus (2), vel magiſterii aſſumuntur honorem (3), cum ſua ſolemnitèr principia faciunt, aut ſui recipiunt inſignia doctoratus, circa cibos, veſtes, & alia ſic in expenſis excedunt, quod & ipſi tranſeunte expenſarum hujuſmodi vanitate vacui plerumque rema-

maneant, & gravati: Et cæteri qui vel nolunt, vel nequeunt ſimiles expenſas ſubire, hac occaſione frequentèr, a receptione hujuſmodi honoris retrahuntur.

Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio providere, illis, ad quos ubilibet pertinet honorem tribuere memoratum, diſtrictè præcipimus, ut quoſcumque ab eis de cætero dictum recipientes honorem, juramento prius aſtringant, ne ultra tria millia Turonen. argenteorum in ſolemnitate, circa hujuſmodi doctoratum, aut magiſterium quomodolibet adhibenda, expendant: Ipſos nihilominus (niſi forſan notabilis conditionis extiterint) ut infra ſummam prædictam hujuſmodi moderentur expenſæ, efficacitèr exhortantes: ac ſi hoc illorum congruere ſtatui viderint, juramentum (4) exigentes ab eis, quod certos infra ſummam præfatam taxandos ab ipſis expenſarum terminos non excedant.

Si quis autèm Pontificali etiam dignitate præfulgens, non recepto prius juramento præfato, honorem cuiquam tribuerit ſupradictum: a collatione magiſterii, ſeu doctoratus cujuslibet per ſex menſes ſequentes eo ipſo noverit ſe ſuſpenſum (5).

[1] Nota 1. quod abſurditas eſt ſemper vitanda.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 1.

[2] Nota 2. quod per Doctoratum confertur honor perſonæ graudatæ.

Milazo Aſſert. Jur. 3. n. 14.

Sciendum quod qualitas Doctoris perhibet ſcientiæ, ac doctrinæ teſtimonium.

Rota deciſ. 1151. n. 5. tom. 5. coram Molines.

[3] Nota 3. quod imperiti aſſequi non debent honorem docendi.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 1.

[4] Nota 4. quod priùs quam lauræa doctoralis alicui conferatur, debet ſemper juramentum doctoratui præmitti.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 9.

[5] Nota 5. quod lauræam doctoralem aſſequi exoptantes tenentur jurare de non excedendo determi-

terminatam ſummam in expenſis, alioquin tàm doctorantes, quàm doctorati quicumque ſint, charactere etiam Epiſcopali inſigniti ea carent facultate per ſex menſes.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Doctorandorum obligatio.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom. 1. Eod. Vèrb.

Notandum, quod doctor ſi aliquis fiat in loco ubi Turonenſes, de quibus hujuſmodi Clementina loquitur non ſint in uſu, tunc eſt moneta expendenda uſualis ad æxtimationem Turonenſium.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 19.

Petrus de Ancharano ſuper eadem Clementina n. 2.

Scitu dignum, quod doctorandi poteſtas aliquandò competit ex privilegio Apoſtolico; aliquandò verò ex conſuetudine, & denique ex jure communi.

Gallus conſil. 130. ſub n. 15. Verſ. Item & facultas.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 63.

Cardinalis Zabarella ſuper eadem Clementina n. 8.

TITULUS II.

De Judæis, & Saracenis.

CAPIT. UNICUM.

Cedit quidem in offenſam divini Nominis, & opprobrium fidei Chriſtianæ, quod in quibuſdam Mundi partibus principibus Chriſtianis ſubjectis, in quibus interdum ſeorſum, interdum verò permiſtim cum Chriſtianis habitant Saraceni, Sacerdotes eorum Zabazala vulgariter nuncupati, in templis, ſeu Meſquitis ſuis, ad quæ iidem Saraceni conveniunt (1), ut ibidem adorent perfidum Machometum diebus ſingulis certis horis in loco aliquo eminenti ejuſdem Machometi nomen, Chriſtianis, & Saracenis audientibus alta voce invocant, & extollunt, ac ibidèm verba quædam in illius honorem publicè profitentur. Ad locum inſuper, ubi olim quidam ſepultus extitit Saracenus, quem ut Sanctum Saraceni alii venerantur & colunt, magna

Saracenorum earumdem partium, & etiam aliarum confluit publicè multitudo: ex quibus noſtræ fidei non modicum detrahitur, & grave in cordibus fidelium ſcandalum generatur.

Cum autem hæc in divinæ Majeſtatis diſplicentia ſint ullatenùs toleranda, ſacro approbante Concilio, ipſa in terris Chriſtianorum diſtrictiùs fieri deinceps inhibemus: univerſis & ſingulis principibus (2) catholicis, ſub quorum dominio dicti Saraceni morantur, & fiunt prædicta ſub obteſtatione divini judicii obnoxius injungentes: quatenus ipſi tamquam veri Catholici, & Chriſtianæ fidei ſeduli Zelatores opprobrium, quod tâm ipſis, quâm cæteris Chriſticolis per præmiſſa ingeritur debita conſideratione penſantes: ipſum (ut proinde æternæ beatitudinis præmium aſſequantur) de terris ſuis omninò auferant, et a ſuis ſubditis auferri procurent: inhibendo expreſſè ne præfata invocatio, ſeu profeſſio nominis ipſius ſacrilegi Machometi publicè, aut peregrinatio prælibata ab aliquo in eorum exiſtente dominio audeat attentari de cætero, vel quomodolibet ſuſtineri (3). Hi verò qui ſecùs præſumpſerint, taliter ob divinam reverentiam caſtigentur ab ipſis (4), quod alii eorum exemplo perterriti a præſumptione ſimili arceantur.

(1) In hac Conſtitutione expreſſè demandatur, quod Saraceni, qui in Chriſtianorum dominiis exiſtunt, ſint compeſcendi, ne in Meſquitis, idèſt templis eorum conveniant.

Lauræa in. Epitom. Canon. Verb. Saraceni.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. ſub eod. Verb. tom. 3.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. Part. 4. cap. 4. n. 54.

[2] Advertendum, quod quum Saraceni non ſint Eccleſiæ creaturæ illos proinde non coercet, dum Eccleſia de iis, quæ foris ſunt, non judicat.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementin. n. 12.

Antonius Gobbius Conſult. deciſ. 22. n. 1. tom. 2.

Abbas Panormitanus ſuper hac Cle-

Clementina n. 13. in fine.

(3) Not. quod invocatio Machometi publice illiuſque ſepulchri viſitatio, & veneratio illius Saraceni, qui fuit Machometus de quo ſermo habetur *in* §. 1. iſtius Conſtitutionis ſicut ſummoperè diſplicet Divinæ Majeſtati.

Gloſ. in dict. Clementin. Verb. *Sarracenus*.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina n. 1.

Bonifacius de Vitalin. ſuper ead. Clement. n. 18.

Ità Principes Chriſtiani tenentur talia prohibere Saracenis ſibi ſubjectis, dum ſimiles ceremonias publicè peragere eſt illis prohibitum.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Principes.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. ſub eod. Verb. tom. 3.

Gundiſſalvus de Villadiego in tract. contra hæretic. pravit. quæſt. 5. n. 9.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 13. tom. 7.

Marquardus de Judæis Par. 1. cap. 1. n. 13.

(4) Animadvertendum, quod hujuſmodi Principes ſimilia haud coercentes non ſolum lethalitèr peccant, ſed poſſunt etiam excommunicatione plecti.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clement. n. 14.

Sciendum quod Judæos inter, & Saracenos hoc intercedit diſcrimen, quod primi colentes Deum vivum, & verum, eorum proindè ritus ſuſtinentur; Secundi verò quemadmodum colunt hominem facinoroſum, & nefandum qualis eſt Machometus, ità illorum ſecta nulla eſt lege approbata.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. n. 2.

Bonifacius de Vitalin. ſuper ead. Clementin. n. 17. & 18.

Gundiſſalvus de Villadiego in tract. contra hæretic. pravit. quæſt. 5. n. 9.

Marquardus de Judæis part. 1. cap. 2. n. 3.

TITULUS III.

De Hæreticis.

CAPIT. PRIMUM.

Multorum querela Sedis Apoſtolicæ pulſavit auditum, quod nonnulli inquiſitores per Sedem eandem contra pravitatem hæreticam deputati, metas ſibi traditas excedentes, ſic interdum extendunt ſuæ pote-

 ſtatis

ſtatis officium, ut quod in augmentum fidei per circumſpectum ejuſdem Sedis vigilantiam ſalubriter eſt proviſum (dum ſub pietatis ſpecie gravantur innoxii) cedat in delium detrimentum.

Propter quod ad Dei gloriam & augumentum ejuſdem fidei [1], ut negotium inquiſitionis hujuſmodi eò proſperetur feliciùs, quò deinceps ejuſdem labis indigo ſolemniùs, diligentiùs, & cautiùs peragetur: ipſum tàm per Diœceſanos Epiſcopos, quâm per inquiſitores a Sede Apoſtolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore, ac cujuslibet commodi temporalis affectione ſemotis) decernimus exerceri (2): Sic quod quilibet de prædictis ſine alio citare poſſit, & arreſtare, ſive capere, ac tutæ cuſtodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manicis ferreis, ſi ei viſum fuerit faciendum (3): ſuper quo ipſius conſcientiam oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro hujuſmodi negotio, ſecundum Deum, & juſtitiam viderit expedire: Duro tamen tradere carceri, ſivè arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad cuſtodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad ſententiam procedere contra eos, Epiſcopus ſine inquiſitore, aut inquiſitor ſine Epiſcopo diœceſano, aut ejus Officiali, vel Epiſcopali Sede vacante Capituli ſuper hoc delegato (4), ſi ſui ad invicem copiam habere valeant intra (5) octo dierum ſpatium, poſtquam ſe invicem requiſierint, non valebit. Et ſi ſecus præſumptum fuerit, nullum ſit, & irritum ipſo jure. Verum ſi Epiſcopus, vel ejus Capituli Sede vacante delegatus, cum Inquiſitore, aut inquiſitor cum altero eorumdem propter præmiſſa nequeat, aut nolit perſonaliter convenire: poſſit Epiſcopus, vel ejus ſeu Capituli Sede vacante delegatus, inquiſitori, & inquiſitor Epiſcopo [6] vel ejus delegato, ſeu Sede vacante illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus ſuper illis committere vices

ſuas (7),

ſuas (7), vel ſuum ſignificare per litteras conſilium, & conſenſum.

Sanè, quia circa cuſtodiam carcerum hæreticalium, qui muri in quibuſdam partibus vulgaritèr nuncupantur, multas fraudes dudùm intelleximus perpetratas: Nos volentes ſuper hoc providere: ſtatuimus, ut quilibet talis carcer, vel murus, quem de cætero Epiſcopo, & inquiſitori prædictis volumus fore communem (8) duos cuſtodes habeat principales, diſcretos, induſtrios, & fideles: unum quem volet Epiſcopus, & providebit eidem; alium, de quo voluerit inquiſitor, cui etiam providebit (9): & quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe alium bonum, & fidum poterit habere miniſtrum. In quolibet etiam conclavi ejuſdem carceris, ſivè muri duæ erunt claves diverſæ (10): quarum unam unus, aliam alius tenebit prædictorum cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi, quæ incarceratis fuerint miniſtranda ſuo poterit committere, vel ſubdelegare miniſtro [11].

Porrò coram Epiſcopo, vel Capitulo ſede vacante, & inquiſitore prædictis, vel ſubſtitutis ab eis cuſtodes ſupradicti antequam ſuum officium exequantur, jurabunt (12) ad Sancta Dei Evangelia corporalitèr a ſe tacta, (13) quod in cuſtodia immuratorum, & aliorum pro crimine ſupradicto in ſua cuſtodia poſitorum, & ponendorum omnem diligentiam, & ſollecitudinem, quam poterunt, fidelitèr adhibebunt: Et quod alicui incarcerato nihil unus in ſecreto loquetur, quin hoc audiat alter cuſtos. Et quod proviſionem, quam incarcerati recipiunt ex ordinatione communi, & illud quod a parentibus, & amicis, vel aliis perſonis fidelibus offerretur eiſdem (niſi Epiſcopi, & Inquiſitoris vel ſuorum Commiſſariorum ordinatio refragetur) ipſis fideliter & abſque dimunitione aliqua miniſtrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt [14]. Et idem juramentum, & coram eiſdem perſonis

ſonis miniſtri Cuſtodum priuſquam ſuum exerceant officium exhibebunt (15). Et quia ſæpè contingit Epiſcopos proprios habere carceres, ſibi & dictis Inquiſitoribus non communes: volumus, & diſtrictè præcipimus, ut cuſtodes ad incarceratorum pro dicto crimine cuſtodiam per Epiſcopos, vel Sede vacante per Capitulum, deputandi, & eorum miniſtri coram dictis inquiſitoribus, vel ſubſtitutis ab eis præſtent ſimile juramentum. Notarii quoquè inquiſitionis coram Epiſcopo, & Inquiſitore vel ſubſtitutis ab eis, jurabunt ſuum officium fidelitèr exercere [16]. Et idem fiet de aliis perſonis neceſſariis ad prædictum officium exequendum.

Verùm, quia nimis eſt grave ad exterminationem pravitatis prædictæ non agere quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit: grave eſt quoquè & damnatione digniſſimum malitioſè inſontibus eandem imponere pravitatem: Epiſcopo, & inquiſitori prædictis, ac aliis ad dicti executionem officii ſubſtituendis ab eis in virtute ſanctæ obbedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, ut ſic diſcretè, & promptè contra ſuſpectos, vel diffamatos de hujuſmodi pravitate procedant, quod malitioſè, aut fraudulentèr tantam labem, ſeu quod ipſos in executione officii inquiſitionis impediat, falſo alicui non imponant (17). Quod ſi odii, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra juſtitiam, & conſcientiam ſuam omiſerint contra quemquam procedere ubi fuerit procedendum ſuper hujuſmodi pravitate, aut obtentu eodem, pravitatem ipſam, vel impedimentum officii ſui alicui imponendo, eum ſuper hoc præſumpſerint quoquo modo vexare (præter alias pænas, pro qualitate culpæ imponendas eiſdem) Epiſcopus aut ſuperior ſuſpenſionis ab officio per triennium, alii verò excommunicationis ſententia eo ipſo incurrant (18). A qua quidem excom-

excommunicationis ſententia, qui eamdem incurrerint, niſi per Romanum Pontificèm nequeant, præter quam in mortis articulo, & tunc ſatisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte privilegio ſuffragante (19).

Alia ſanè, quæ circa præmiſſum inquiſitionis officium a noſtris ſunt prædeceſſoribus inſtituta (quatenùs præſenti decreto non obviant) ſacri approbatione concilii roborata in ſua volumus firmitate manere.

Sanctiſſimum Inquiſitionis Tribunal ſuum duxit exordium ad initium Sæculi XIII. poſt abſolutum Concilium Lateranenſe IV.

Lambertin. de Synod. Diœceſan. lib. 9. cap. 4. n. 3.

(1) Et in fidei augumentum extitit inventum, quià per illud extirpantur errores, & infideles ad Eccleſiæ ovile reducuntur.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. §. *Multorum* n. 2.

Dandin. de Suſpect. de Hæreſ. cap. 4. Sect. 2. ſub n. 2.

Nota quod antequam eſſet inquiſitionis officium inventum ad Epiſcopos ſpectabat onus inquirendi, & puniendi hæreticos.

Aegid. Boſſ. in tit. de Hæretic. n. 11.

Lambertin. de Synod. Diœceſan. in loco ſuperius citato.

(2) Hodie verò ſuper negotio inquiſitionis procedendum eſt per diœceſanos Epiſcopos, & per inquiſitores a Sede Apoſtolica deputatos ſimul convenientes.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Propter quod n. 2.

Gundiſſalvus de Villadiego in tractat. contra hæretic. pravit. quæſt. 8. n. 3.

Aitonel. de regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 19. §. 2. n. 18.

Julius Clarus Sententiar. lib. 5. §. Hæreſis n 5.

Boſſius in titul. de Hæretic. n. 12.

Abbas Panormitanus ſuper 5. Decretal. tit. de Hæretic. cap. 14. n. 13.

(3) Sunt tamen quædam, quæ unus ſine altero agere quidem poteſt, utpote citare, arreſtare, ſeu capere, ac carceri mancipare, etiam ponendo in compedibus, vel manicis ferreis, prout ſecundum eum viderit expedire.

Gundiſſalvus de Villadiego in loco ſupra citato n. 4.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Inquiſitor cum Epiſcopo.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verb.

Oliva de For. Eccleſ. par. 2. quæſt 3. n. 20.

Ludovicus Carerius in tract. de Hæretic. n. 86.

(4) Du-

(4) Duro carceri mancipare ſivè arcto, qui ad pænam magis, quàm ad cuſtodiam videatur, aut tormentis ſupponere eos, contra quos proceditur, aut diffinitivam ferre ſententiam contra eos non poterit Epiſcopus ſine inquiſitore, aut inquiſitor ſine Epiſcopo, aut ejus vel Capituli Sede vacantè ſuper hoc delegato.

Ludovicus Carerius in dict. tractat. de Hæretic. n. 77.

Aegid. Boſſius in tit. de Hæretic. n. 12.

Julius Clarus Sententiar. lib. 5. §. Hæreſis n. 5.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementin. n. 6. & 7. tom. 7.

Antonel. de regimin. Eccleſ. lib. 6. cap. 19. §. 2. n. 23.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

(5) Procedit quando ad invicem copiam habere valeant infra octo dierum ſpatium poſtquàm invicem ſe requiſierint; aliàs poteſt alteruter.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Inquiſitor cum Epiſcopo.

Ludovicus Carerius in tractat. de Hæretic. n. 71. & 77.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. Verb. Inquiſitor cum Epiſcopo.

Cortiada dec. Cathalon. 30. n. 33.

(6) Si verò propter præmiſſa convenire haud potuerunt, tunc inquiſitor Ordinario, vel è contra inquiſitori Ordinarius poterit ſuas ſuper præmiſſis committere vices, vel per litteras eidem ſuum ſignificare conſilium, vel aſſenſum.

Gundiſſalvus de Villadiego in tractat. contra hæretic. pravit. quæſt. 8. n. 4.

Nota, quod concurrente in negotiis fidei Inquiſitore cum Epiſcopo ille eſt dubio procul præponendus.

Ludovicus Carerius de Hæreticis n. 71.

Eimericus in director. par. 3. quæſt. 50. n. 3.

Gratian. diſcept. forenſ. cap. 298. n. 1. tom. 2.

Panimolla deciſ. 1. adnot. 4. n. 19.

Sciendum, quod Judex Ordinarius in cauſa hæreſis eſt etiam Capitulum Sede vacante.

Hoſtienſ. in Cap. Ad abolendam 9. de Hæretic. n. 2. & 4.

Farinac. de Hæreſi quæſt. 186. n. 177.

Gundiſſalvus de Villadiego de Hæretic. quæſt. 7. n. 8.

Pirhing. lib. 6. Decretal. tit. 7. n. 125.

Ferrari Bibliotheca Canon. Verb. Hæreſis n. 23.

Non poteſt tamen Capitulum Sede vacante exemptos judicare, neque Vicarius Generalis Epiſcopi ſine ejus ſpeciali mandato de hæreſis crimine cognoſcere.

Joannes de Imola ſuper hac Clementina n. 18.

Farinac. de Hæreſ. queſt. 186. n. 13.

Reiffenſtuel lib. 5. Decretal.

tit.7. n.439.

Gundiſſalvus de Villadiego de Hæretic. quæſt.7. n.14.

Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 54. n. 85. part. 3.

Panimolla deciſ.84. adnot. 3. n. 27.

(7) Advertendum, quod Inquiſitor poteſt alteri ſuas committere vices, quum inquiſitio ſit cum juriſdictione demandata.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n.147.

Fermoſin. de Offic. Vicar. cap. 4. quæſt.2. n.2. tom.2.

Gundiſſalvus de Villadiego de Hæretic. quæſt.7. n.13.

(8) Carcer hæreticalis ſit communis Epiſcopo, & Inquiſitori, & duos debeat habere cuſtodes, quorum alter per loci Epiſcopum, alter verò ſit per Inquiſitorem deputandus.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 15.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Carcer.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. Eod. Verb.

(9) Nota, quod Epiſcopus debet de ſalario providere cuſtodem, quem ipſe elegit, & ſimilitèr Inquiſitor providebit illum, quem ipſe deputavit.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.16.

Gundiſſalvus de Villadiego de Hæretic. quæſt.11. n. 11. & 13.

(10) Recenſiti cuſtodes poſſunt ſub ſe alium fidum habere Miniſtrum, & quilibet eorum debet habere carceris clavem ab alia diverſam, & ſuas poſſunt vices ſuis committere Miniſtris.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Inquiſitor cum Epiſcopo.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom.2. Eod. Verbo.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 4. & 6. §. Sanè.

(11) Item curare debeat diligenter, ut carceratis ea miniſtrentur quæ ſunt miniſtranda.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Cuſtodes Carcer. S. Officii.

Gundiſſalvus de Villadiego de Hæretic. quæſt.11. n.6.

(12) Debent quoquè jurare de fidelitate, ſicut alii Officiales.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom.1. Verb. Cuſtodes Carcer. S. Officii.

Gundiſſalvus de Villadiego in loco ſupra citato.

(13) Nota quod ubicumque corporale requiritur juramentum non ſufficit quamlibet tangere ſcripturam, ſed Evangeliorum tactus eſt neceſſarius.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.18. & 19.

(14) Sciendum quod Cuſtodes præfati hæc jurare ſunt adſtricti, quod nempe ſuum exercebunt officium diligenter, & cuſtodiam Carceratorum habebunt; item quod nullum cum carceratis facient verbum, quod ambo cuſtodes non audient: & quod Carceratos non fraudabunt de portione legitima, quæ

 eis

Digitized by Google

eis datur.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Cuſtodes carcerum S. Officii.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. eod. Verb. tom. 1.

[15] Notandum, quod non ſolùm Cuſtodes, ſed eorum etiam ſubſtituti jurare tenentur priuſquàm ſuum exerceant officium.

Gundiſſalvus de Villadiego in tractat. de Hæretic.quæſt. 11. n.6.

(16) Notarius quoquè SSmæ Inquiſitionis, dum in inquiſitionis cauſa aſſumitur eſt adſtrictus jurare de fideliter ſuum exercendo officium.

Joannes Nicolaus Avelatan in. tractat. de Hæretic. Notabile 36. n. 2.

Ludovicus Carerius eod. tractat. n. 74.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. Sane n. 9.

(17) Inquiſitores, eorumque Subſtituti debent prudentèr, & diſcrete procedere, nè alicui aliquid imponant.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Inquiſitorum qualitates:

Paravicin. in Polyanth.Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verb.

(18) Epiſcopi & Inquiſitores qui odii, gratiæ, vel amoris lucri, aut commodi temporalis obtentu procedere contra hæreticos omiſerint, aut odio, & animo calumniandi inſontes vexare præſumpſerint ſunt per triennium ab officio ſuſpenſi.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 38. in Notis *lit. B.* pag.414. & tit. 42. n. 32. pag. 442.

Piaſec. Prax. Epiſcop. par.2. cap. 1. n. 9.

Theſaur de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 5. Verb. Inquiſitores, & Epiſcopi.

Zilet.in tract. Criminal.quæſt. 7. n. 18. de Hæreticis.

Sayr. de Cenſuris lib. 3. cap. 29. n. 4.

[19] Alii verò ab eis ſubſtituti excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt, a qua ſanè excommunicatione, niſi per Romanum Pontificem (excepto mortis articulo) & tunc ſatisfactione præmiſſa, nequeunt abſolutionis beneficium obtinere, nullo in hac parte privilegio ſuffragante.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Excommunicatio artic.3. n.7.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 5. Verb.Inquiſitores.

Gundiſſalvus de Villadiego de Hæretic. quæſt. 7. n. 18.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap. 39. ſub n. 13. Verſ. ſi percutiens.

CA-

CAPIT. SECUNDUM.

NOlentes ſplendorem ſolitum negotii fidei per actus indiſcretos & improbos quorumvis inquiſitorum hæreticæ pravitatis, quaſi tenebroſi fumi caligine offuſcari: hoc ſacro Concilio approbante ſtatuimus nullis ex tunc niſi qui quadrageſimum (1) ætatis annum attigerint officium inquiſitionis prædictæ committi Inquiſitoribus. Et tam ipſorum, quàm Epiſcoporum, ſeu Capitulorum Sede Vacante ſuper hoc deputatis Commiſſariis quibuſcumque diſtrictius injungentes, ne prætextu officii Inquiſitionis quibuſvis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant (2): nec ſcientèr attentent Eccleſiarum bona ob Clericorum delictum prædicti occaſione officii fiſco etiàm Eccleſiæ applicare (3). Quod ſi ſecus in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis ſententiæ eos ſubjacere decernimus ipſo facto. A qua non poſſunt abſolvi, præterquàm in mortis articulo, donèc illis, a quibus extorſerint plenè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta: Nullis privilegiis, pactis, aut remiſſionibus ſuper hoc valituris: Notarii verò, & Officiales dicti Officii, nec non fratres, & Socii Inquiſitorum, & Commiſſariorum ipſorum, qui dictos Inquiſitores, aut Commiſſarios ſecretè noverint talia commiſiſſe (ſi indignationem Dei, & Apoſtolicæ Sedis vitare voluerint, & offenſam) ipſos graviter arguere, & corrigere ſtudeant in ſecreto. Quod ſi talitèr ea ſciverint, ut ea probare valeant, ſi ſit opus, hæc prælatis inquiſitorum, & Commiſſariorum eorumdem, ad quos id pertinebit, nunciare ſolicitè debeant (4). Qui equidèm Prælati, Inquiſitores, & commiſſarios prædictos reos indè repertos ab officiis amovere, & amotos aliâs punire debitè, ſeù corrigere teneantur. Prælatis autèm Inquiſitorum id negligentibus agere, præmiſſa omnia

nunciari per prædictos locorum Ordinarios volumus: quibus, ut ea in Apoſtolicæ Sedis notitiam perferant in virtute Sanctæ Obedientiæ diſtrictè præcipimus, & mandamus.

Porrò Inquiſitoribus ipſis diſtrictiùs inhibemus, ut nec abutantur quomodolibet conceſſione portationis armorum (5) nec officiales, niſi ſibi neceſſarios habeant, tales, qui ſe conferant ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officia exequenda (6).

[1] Inquiſitorum ætas debet annum quadrageſimum attingere.

Abbas Panormitanus ſuper 5. Decretal. cap. 14. in addit. *lit. K.* de Hæreticis.

Fagnan. in cap. cum in cunctis n. 124. de Elect.

Gundiſſalvus de Villadiego de Hæretic. quæſt. 7. n. 12.

Ludovicus Carerius eod. tractat. n. 68.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Inquiſitorum qualitates.

Pax Jordan. Elucubr. diverſ. tom. 2. lib. 10. tit. 20. n. 56.

Pignatel. Conſult. Canon. tom. 6. Conſult. 10. n. 71.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. part. 1. cap. 4. n. 33.

[2] Inquiſitores non poſſunt prætextu inquiſitionis pecunias modo illicito a reis extorquere ſub pæna excommunicationis Papalis ipſo facto.

Ferrari Bibliothec. Canon. Verb. Inquiſitionis S. Officium n. 29.

Ludovicus Carerius de Hæretic. n. 79.

Gundiſſalvus de Villadiego eod. tract. quæſt. 8. n. 5.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 40. n. 34. pag. 424.

Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 4. Verb. Inquiſitionis.

Sayr. de Cenſuris lib. 3. cap. 34. n. 24.

(3) Nec Clericorum bona poſſunt ob eorum delicta fiſco etiam Eccleſiæ applicare ſub ejuſdem excommunicationis pæna, a qua non ſunt abſolvendi, præter quam in mortis articulo, donèc illis, a quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint, nullis privilegiis, aut remiſſionibus ſuper hoc valituris.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Inquiſitores a quibus debent abſtinere.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verbo.

Thæſaur. de Pæn. Eccleſ. cap. 1. par. 2. Verb. Confiſcatio.

Gira'd. ad eumd. Thæſaur. par. 2. cap. 1. Verb. Confiſcatio.

Sayr. de Cenſuris lib. 3. cap. 34. ſub n. 25. Verſ. Quarto.

No

Digitized by Google

Nota, quod quemadmodùm iſta Clementina prohibet tantum illicitas extorſiones ità non tollit licitas pœnas pecuniarias applicandas officio, quas Inquiſitores poſſunt quidem imponere, & exigere.

Gundiſſalvus de Villadiego de Hæretic. quæſt.8. n.6.

Sayr. de Cenſur.lib.3.cap.34. ſub n.25. Verſ. ſecunda eſt.

(4) Animadvertendum quod Inquiſitorum Officiales, ſi ſciant Inquiſitores pecunias a reis modo illicito extorquere, & poſſint probare, ſunt quidem adſtricti eos denunciare Superioribus, qui probato delicto, privant eos officio. Si verò recenſiti Superiores in hoc negligentes exiſtant, ſignificetur Ordinariis, qui habita notitia referant ad Papam.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Inquiſitorum Officiales.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon tom.2. eod. Verb.

(5) Sciendum, quod Inquiſitores poſſunt concedere licentias arma deferendi ſuis Familiaribus.

Ludovicus Carerius in tract. de Hæretic. n.90.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Inquiſitionis S. Officium n. 82.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. Sanè n.11.

[6] Non poſſunt tamèn abuti armorum portatione, nèc multos habere Officiales, ſed tantùm illi, qui ſunt neceſſarii ad ſua cum Inquiſitoribus officia exequenda.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Inquiſitores a quibus debent abſtinere.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom.2. Verb. Eod.

Ferrari in loco citato n.83.

Ludovicus Carerius loco citato n. 91.

CAPIT. TERTIUM.

AD noſtrum (qui deſſideranter in Votis gerimus, ut fides Catholica noſtra proſperetur temporibus, & pravitas hæretica de finibus fidelium extirpetur) non ſine diſplicentia grandi pervenit auditum, quod ſecta quædam abominabilis quorumdam hominum malignorum, qui Beguardi (1) & quarumdam infidelium Mulierum, quæ Beguinæ (2) vulgariter appellantur in Regno Alemaniæ (procurante Satore malorum operum) damnabiliter inſurrexit: tenens, & aſſerens doctrina ſua ſacrilega, & perverſa inferius deſignatos errores. Primò videlicet, quod homo in vita præſenti tantum, & talem perfectio-

fectionis gradum poteſt aquirere, quod reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit: nam (ut dicunt) ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inveniri. Secundo quod jejunare non oportet hominem, nec orare poſtquam gradum perfectionis hujuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas eſt ità perfectè ſpiritui, & rationi ſubjecta, quod homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet. Tertio, quod illi, qui ſunt in prædicto gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis, non ſunt humanæ ſubjecti obedientiæ, nèc ad aliqua præcepta Eccleſiæ obligantur: quia (ut aſſerunt) ubi ſpiritus Domini, ibi libertas. Quartò, quod homo poteſt ita finalem beatitudinem, ſecundum omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata. Quintò, quod quælibet intellectualis natura in ſe ipſa naturalitèr eſt beata: quodque anima non indiget lumine gloriæ ipſam elevante ad Deum videndum, & eum beatè fruendum. Sextò, quod ſe in actibus exercere virtutum eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat a ſe virtutes. Septimò, quod mulieris oſculum (cum ad hoc natura non inclinet) eſt mortale peccatum: Actus autem carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum non eſt, maximè cum tentatur exercens. Octavò, quod in elevatione Corporis Jeſu Chriſti, non debent aſſurgere, nèc eidem reverentiam exhibere: aſſerentes, quod eſſet imperfectionis eiſdem, ſi a puritate, & altitudine ſuæ contemplationis tantùm deſcenderent, quod circa miniſterium, ſeu Sacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent: Nonnulla etiam alia ſub ſimulata quadam Sanctitatis ſpecie dicunt, & faciunt, & committunt, quæ oculos divinæ Majeſtatis offendunt in ſe contin, & graveent periculum animarum.

Cum

Cum autèm ex debito commiſſi nobis officii hujuſmodi ſectam (3) deteſtabilem, & præmiſſos ipſius execrandos errores (ne propagentur ulteriùs, & per eos corda fidelium damnabilitèr corrumpantur) extirpare ab Eccleſia Catholica neceſſariò habeamus: Nos, ſacro approbante Concilio ſectam ipſam cum præmiſſis erroribus damnamus, & reprobamus omninò, inhibentes diſtrictiùs, ne quis ipſos de cætero teneat, approbet, vel defendat: Eos autem, qui ſecùs egerint animadverſione canonica decernimus puniendos.

Porrò Diæceſani, & illarum partium inquiſitores hæreticæ pravitatis in quibus Beguardi, & Beguinæ hujuſmodi commorantur, ſuum officium circa eos diligentèr exerceant, inquirentes de vita, & converſatione ipſorum, qualiterve ſentiant de articulis Fidei, & Eccleſiæ Sacramentis. In illos verò, quos culpabiles repererint (niſi abjuratis ſpontè prædictis erroribus pænituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem) debitam exerceant ultionem.

(1) Nota, quod in hac Clementina Conſtitutione damnantur Beguardorum errores.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Beguardi.

Ludovicus Carerius de Hæretic. n.57.

Multi fuerunt præfatorum Beguardorum errores, qui ſicuti in hujuſmodi recenſentur Conſtitutione; ita de illis verba facere operæ pretium non duxi.

[2] Damnantur paritèr Beguinæ cum eorum erroribus.

Cabaſſut. in notit. Hiſtor. Concilior. pag.490.

Hallier. de Sacr. Ordin. & Elect. par.2. Sect. 4. c.2. n.23. in fin.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom.1. Verb. Beguinæ.

De eiſdem Beguinis, de earum origine, & de excommunicatione, quam incurrunt illarum habitum aſſumentes verba feci in *Clementina* 1. *de Religioſis Domib.*

(3) Nota quod ſecta dicitur a ſeco ſecas, vel a ſequor ſequeris, & propriè eſt habitus animorum, & propoſitum in malum circa falſam diſciplinam.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.1.

Digitized by Google

TITULUS IV.

De Homicidio Voluntario, vel Cauſali.

CAPIT. UNICUM.

SI furioſus, aut infans, ſeu dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit (1). Et idem de illo cenſemus, qui mortem aliter vitare non valens, ſuum invadit, vel mutilat invaſorem (2).

[1] Nota 1., quod infantes, furioſi, & dormientes nullam ex commiſſo homicidio irregularitatem incurrunt.

Fagnan. in cap. Ad audientiam n.37. de Homicidio lib.5.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.1. & ſeqq.

Nicolaus Plovius in tractat. de Irregularit. n.12.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib.1. tit.25. Verb. Infantes pag. mihi 100.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Homicidium.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. eod. Verb. tom.2. n.23.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap.35. ſub n.29.

Rota in Sancti Severini Canonicatus 3. Martii 1747. §. 13. coram Cardinal. Millino.

[2] Nota 2., quod qui mortem vitare non poteſt, & alitèr ſibi conſulere non valens, quam aggreſſorem necando, aut mutilet non ſit irregularis.

Antonel. de regimin. Eccleſ. lib.2. cap.8. n.2.

Cabaſſut. Notit. Hiſtor. Eccleſ. Concilior. pag.354. n.3.

Gavant. in Manual. Epiſcop. Verb. Irregularitas n.120.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit.12. §.4. n.55.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. Verb. Homicidium cap.1. pag.202.

Leo Theſaur. in For. Eccleſ. par.3. cap.9. n.42.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib.3. tit.32. n.8.

Piaſec. Prax. Epiſcop. par. 1. cap.1. ſub n.57.

TITULUS V.

De Uſuris.

CAPIT. UNICUM.

EX gravi ad nos inſinuatione pervenit, quod quorumdam Communitates locorum in offenſam Dei, & Proximi, ac contra jura Divina paritèr, & humana uſurariam approbantes quodamodò pravitatem, per Statuta ſua juramento quandoque firmata, uſuras exigi, & ſolvi nedum conceduut, ſed ad ſolvendas eas debitores ſcienter compellunt, ac juxta ipſorum continentiam Statutorum gravia imponendo plerumque uſuras repetentibus onera, aliiſque utendo ſuper his diverſis coloribus, & fraudibus exquiſitis repetitionem impediunt earumdem. Nos igitur pernicioſis his auſibus obviare volentes, ſacro approbante concilio ſtatuimus: ut quicumque Communitatum ipſarum Poteſtates, Capitanei, Rectores, Conſules, Judices, Conſiliarii, aut alii, quivis Officiales ſtatuta hujuſmodi de cætero facere, ſcribere, vel dictare, aut quod ſolvantur uſuræ, vel quod ſolutæ cum reputentur, non reſtituantur plenè, ac liberè ſcientèr judicare præſumpſerint ſententiam excommunicationis incurrant (1): Eamdem etiam ſententiam incurſuri, niſi Statuta hujuſmodi hactenus edita de libris Communitatum ipſarum (qui ſuper hoc poteſtatem habuerint) intra ſex Menſes deleverint (2), aut ſi ipſa Statuta, ſivè conſuetudines effectum earum habentes quoquo modo præſumpſerint obtinere.

Cæterùm quia fœneratores ſic ut plurimum contractus uſurarios occultè ineunt, & dolosè, quod vix convinci poſſunt de uſuraria pravitate, ad exhibendum cum

Digitized by Google

de uſuris agetur ſuarum codices rationum, cenſura ipſos decernimus Eccleſiaſtica compellendos (3).

Sanè ſi quis in illum errorem inciderit, & pertinacitèr affirmare præſumat exercere uſuras non eſſe peccatum: Decernimus eum velut hæreticum puniendum (4): Locorum nihilominùs Ordinariis, & hæreticæ pravitatis Inquiſitionibus diſtrictiùs injungentes, aut contra eos (5), quos de errore hujuſmodi diffamatos invenerint, aut ſuſpectos tamquàm contra diffamatos, vel ſuſpectos de hæreſi (6) procedere non omittant.

[1] Circa Uſurarum crimen hoc cautum in hujuſmodi Conſtitutione reperitur, quod nempè Communitates, aliique Officiales, qui in Uſurarum favorem Statuta condere, aut judicare præſumpſerint debeant excommunicatione aſtringi.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.7.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 14. §.1. n.10.

Ferrari Bibliotheca Canonic. Verb. Excommunicatio contra Magiſtratus, & Judices artic.4. n.4.

Paſtor de Benef. Eccleſ.lib.3. tit.40. n.35.

Nota, quod Statuta, & conſuetudines in uſurarum materia nullius prorſus ſunt momenti, quum illicita per ſe ſint, & peccati nutritiva.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.1. & 3.

Rota in Leodien. Pecuniaria 4. Februarii 1727. §. Earum coram Cardinal. Millino.

(2) Excommunicatione quoquè plectuntur, ſi talia edita Statuta de libris, vel tabulis publicis intra ſex Menſium ſpatium non obliteraverint.

Cabaſſut. in notit. Eccleſ.Hiſtor. Concilior. pag.490. n.4.

(3) Sciendum, quod in odium uſurariæ pravitatis tenentur uſurarii in eorum cauſis ſuos prodere libros ſub pæna excommunicationis.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.8. cum ſeqq.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. uſurarii.

Pallavicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom.2. eod. Verb.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. Cæterum n.2.

(4) Animadvertendum, quod affirmans pertinacitèr exercere uſuras non eſſe peccatum hæreſis crimen, & pænas incurrit.

Text. in cap. Quia in omnibus de uſur.

Ludovicus Carerius de Hæretic. n.9.

Martinus ab Aſpilcveta in tract.

tract. de uſur. n.7.

Gundiſſalvus de Villadiego de Hæretic. quæſt. 9. n.

Girald. ad Thæſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 6. Verb. uſurariam pravitatem n.4.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor. Concil. pag.490. n.4.

(5) Et contra talia affirmantem procedere tantùm poteſt Inquiſitor.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Uſura.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom:3. eod. Verb.

Nam ſuper Uſurarum crimine cognoſcere minimè poteſt Inquiſitor.

Ludovicus Carerius de Hæreticis n.76.

Lauræa in loco citato.

Sed illarum cognitio ſpectat ad ſolum forum Eccleſiaſticum.

Lambertin. de Synod. Diœceſan. lib.9. cap.9. n.2.

(6) Nota quod hæreſis eſt deviatio a fide Chriſti, & Catholica Religione cum pertinacia.

Text. in cap. Clement. 1. §. Porrò de Sum. Trinit.

Ludovicus Carerius de Hæretic. n.1.

TITULUS VI.

De Exceſſibus Prælatorum.

CAPIT. UNICUM.

FRequens & aſſidua nos quorumdam religioſorum querela circumſtrepit, quod plerique Epiſcopi, & eorum Superiores, ac cæteri Eccleſiarum Prælati, ipſorum religioſorum quietem injuxtè in ſubſequentibus multiplicitèr inquietant (1). Quidam enim exemptos capiunt, & incarcerant, in caſibus non conceſſis (2) à jure. Quidam per gravium in terminationem pænarum impediunt, ne debentes exemptis decimas, ſeu reddi- tus illos ſolvant eiſdem (3): Neve aliqui Miſſas eorum audiant (4): Molentes in Molendinis, & coquentes in furnis eorum (5): Servientes quoquè, & Vaſallos, & domeſticos eorumdem, vel alios qualitercumque contrahentes, & participantes cum ipſis ſuſpendunt, interdicunt, & excommunicant abſque cauſa rationabili (6)

pro libito voluntatis (7): Bona illorum interdum nihilominùs illicitè occupantes: & appellationibus, quas prœdicti exempti ob prœdicta, vel alia gravamina rationabilitèr interponunt quandoquè minimè deferentes, appellantes occaſione appellationum hujuſmodi interdum capiunt, aut capi faciunt, & carceri mancipari (8). Quidam præterea capellanos in Eccleſiis pleno jure ſpectantibus ad eoſdem (licet nulla ſubſit cauſa legitima) celebrare non ſinunt, nec miniſtrare Parochianis eccleſiaſtica Sacramenta (9). Nonnulli etiam indebitè abbates, monachos, & converſos exemptos, necnon & Clericos ipſis pleno jure ſubjectos (10), ſi eis non pareant in his etiam, in quibus non tenentur eiſdem, inconſulta facilitate ſuſpendunt, excommunicant, capiunt, & incarcerant, ac loca, & Eccleſias interdicunt ipſorum (11). In exigendo inſuper ab ipſis exemptis, ipſorumque ſubditis ſubſidia charitatis (12), excedunt nimium contra eos (13). Et inſolitas, ac indebitas ipſis contra jura exactiones imponunt (14): Novos cenſus, & indebita onera parochialibus imponunt Eccleſiis (15), in quibus exempti jus obtinent patronatus: Proceſſus juſtè factos, ſeu ſententias juſtè latas a Delegatis Sedis Apoſtolicæ, vel a conſervatoribus pro exemptis, publicari, ſeu executioni mandari à ſuis ſubditis non permittunt (16). Tabellionibus publicis inhibent ne inſtrumenta (17) conficiant: Et judicibus ne juſtitiam faciant, ac juriſperitis ne conſilium, vel auxilium præbeant in cauſis, ſeu negotiis eorumdem (18). Præſentatos per exemptos ad ordines, vel beneficia, quorum præſentatio ad eos pertinet, nolunt admittere, niſi præſentantes ponant obedientiam in ſalutatione (19) litterarum, quas pro hujuſmodi præſentatione (20) tranſmittunt: Eccleſiis quoquè vacantibus, in quibus monaſteria jus obtinent patronatus (repulſis perſonis idoneis præ-

præſentatis (21) ad eas) perſonas inſtituunt inhabiles, & indignas.

Quidam etiam Eccleſias curam animarum habentes ad menſam (22) abbatum ſpectantes, quarum fructus quandoque Clericis ſæcularibus tradunt, ſeu concedunt ad firmam Clericis ipſis decedentibus, ſuis conferunt Clericis: quamquàm ipſæ propter hoc Eccleſiæ in veritate (23) non vacent. Nonnulli quoquè in Eccleſiis Monachorum jura ipſorum injuxtè ſibi appropriant (24); & de ipſorum redditibus ut volunt, ordinant: ita quod rectoribus earum non remanet undè valeant ſuſtentari. Quidam cum armis & erecto Vexillo, molendina, & alia bona contra juſtitiam deſtruunt exemptorum (25): quæ etiam tanto tempore poſſederunt, quod de contrario memoria non exiſtit: Mittuntque frequenter ad Monaſteria ſuarum Civitatum, & Diœceſum ſuos conſanguineos, & nepotes, & interdum animalia ſua cum cuſtodibus, ut eis de bonis Monaſteriorum debeat provideri: Abbates inſuper & Priores Monaſteriorum frequenter compellunt, ut ſuis conſanguineis, & nepotibus Monaſteriorum ſuorum, ſeù prioratuum profeſſiones concedant in perpetuum, vel ad tempus: quas quidèm conceſſiones (vel penſiones) nos nullas eſſe volumus ipſo jure (26): Eoſdem quoquè Abbates, & Priores quandoquè compellunt ad præſentandum (27) ſibi ad Eccleſias vacantes, in quibus jus obtinent patronatus, & ad monachandum interdum (28) ſuos familiares, conſanguineos, vel nepotes. Frequentèr etiam permittunt, & tacitè conſentiunt quod in ſuo dominio temporali per milites, Vaſallos, & ipſorum temporales officiales monaſteriorum bona mobilia, & immobilia per violentiam occupentur in caſibus non permiſſis a jure: Et aliæ variæ injuriæ perſonis Eccleſiaſticis & Monaſteriorum hominibus irrogentur. Præterea interdùm injuxtè abbates,

tes, priores, ac alios beneficiatos beneficiis ſuis privant, ut ſic fructus beneficiorum illorum percipere valeant primo anno, prætextu privilegii, quod aſſerunt ſe habere, quod uſquè ad certum tempus fructus beneficiorum vacantium poſſint percipere primi anni: Quibus non contenti, equos, boves, theſaurum, & alia bona monaſteriorum, & beneficiorum vacantium illicitè occupant, quæ eſſent futuris Succeſſoribus reſervanda (29). Quidam militibus, & aliis potentibus dignitatum ſuarum redditus & proventus vendunt ad tempus: ut per ipſos exempti vicini fortiùs opprimantur: Nonnulli etiam indebitè monaſteria dirimunt: Alii domos, & hoſpitalia, & alia bona monaſteriorum mobilia, & immobilia frequentèr occupant, & detinent occupata: Pluries quoquè ſine cauſa juxta impediunt, ne exempti loca ſua valeant reparare: Quidam ſtatuta faciunt, per quæ derogatur privilegiis exemptorum. Et generalitèr quamplures prælati religioſis præſertim exemptis, & privilegiatis in perſonis, & rebus ſuis ac juribus ſpiritualibus, & temporalibus graves inferunt, contra juſtitiam, & eorum privilegia, injurias, & jacturas. Verùm quia una eſt regularium, & ſæcularium prælatorum, & ſubditorum exemptorum, & non exemptorum univerſalis Eccleſia (30), extra quam nullus omninò ſalvatur, quorum omnium unus eſt Dominus, una fides, unum baptiſma (31): decet ut omnes, qui ejuſdem ſunt corporis, unius etiam ſint voluntatis; & ſicut fratres ad invicem vinculo charitatis ſint adſtricti. Decet igitur, ut, & Prælati, & alii tàm exempti, quam non exempti, ſuis juribus ſint contenti, & alter in alterius injuriam non proſiliat ſeu jacturam.

Univerſis itaquè Prælatis Eccleſiarum præſentis Sanctionis edicto diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs ipſi à prædictis gravaminibus omninò ceſſantes, & ceſſa-

ceſſare ſuos ſubditos facientes, viros religioſos, exemptos, privilegiatos, & non exemptos, mendicantes, & non mendicantes charitativè tractent, & foveant, & ſua jura, & privilegia inviolabilitèr eis ſervent (32). Et quoniam plus ſolet timeri quod ſpecialitèr, quàm quod generalitèr inhibetur, eiſdem prælatis diſtinctiſſimè inhibemus, ut Abbates, Priores, & alios religioſos, ne ad ſua generalia vel provincialia vadant capitula, (33) impedire quomodolibet non præſumant.

[1] Nota, quod Prælatorum cura ea eſſe debet, ne Religioſorum quies turbetur.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Frequens n. 1.

(2) Prælati, qui Clericos, ſeù religioſos exemptos faciunt capere, carceribus mancipare, & alium exercere actum in caſibus eis a jure non conceſſis, & ſic injurioſè, ſunt excommunicati.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.6.

Bonifacius de Vitalinis ſuper eadem Clementina n.9.

Petrus de Ancharano ſuper iſta Clementina n.2.

[3] Sciendum eſt, quod decimæ poſſunt exemptis deberi, nèc tunc datum eſt Prælatis prohibere eis ſolvi.

Card. Zabarella ſuper hac Clementina §. Frequens ſub n. 1. *litt.B.*

(4) Non eſt in Epiſcopi poteſtate prohibendi, ne eorum Subditi religioſorum miſſas audiant.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.5.

Bonifacius de Vitalinis ſuper eadem Clementina n.22.

(5) Pariter prohibere minimè poteſt Subditis acceſſum ad eorum molendina, & coctionem in furnis eorum.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Frequens n.2.

(6) Nota quod nullus rationabili abſque cauſa eſt excommunicatione plectendus, ſuſpendendus, & interdicendus.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n.26.

(7) Notandum, quod clauſula pro *libito voluntatis* non coarctat diſpoſitionem ad voluntatem rationis freno ſubjectam, ſed ad libertatem quidem liberam, & abſolutam.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.7.

(8) Prælati facientes capi appellantes ab eis debent puniri.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.8.

Bonifacius de Vitalinis ſuper eadem Clementina n.31.

[9] Nota, quod quamvis Eccleſia Parochialis ſit loco religioſo pleno jure ſubjecta, poſſunt tamen

Digitized by Google

tamen Sacramenta per Cappellanum ſæcularem miniſtrari.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n.35.

(10) Animadvertendum, quod Prælati nullam habent jurisdictionem in religioſos exemptos, alioſque Clericos ipſis pleno jure ſubjectos, niſi in caſibus a jure conceſſis.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 38.

(11) Sciendum eſt, quod non poteſt Prælatus Eccleſias interdicere exemptas.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.10.

[12] Nota quod Epiſcopus rite recteque valeat ab exemptis, eorumque Subditis charitativum exigere ſubſidium, tamen moderatum.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementina n. 40. & 42.

Abbas Panormitanus ſuper eadem Clementina n. 11.

Petrus de Ancharano ſuper iſtamet Clementina n. 12.

[13] Advertendum, quod hujus Clementinæ verba illa (*nimium excedum*) intelliguntur, quando nempe Epiſcopus charitativum exigit ſubſidium a Monaſteriis, vel locis exemptis ratione Eccleſiarum non exemptarum populum habentium ſibi ſubjectarum; quo caſu bene poteſt Epiſcopus charitativum exigere ſubſidium, ſi ſit moderatum.

Bellencin. de Charitativ. ſubſid. quæſt. 32. n. 5.

(14) Notandum, quod Epiſcopus non valet abſque ſummi Pontificis licentia novas Subditis imponere exactiones.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 48.

Laurea in Epitom. Can. Verb. Epiſc.

Vid. *Clement. Quia Regulares* de ſupplend. negligent. Prælat.

(15) Nec novus eſt Eccleſiis imponendus cenſus.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Nonnulli n. 1.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 13.

(16) Datum non eſt Prælatis impedire proceſſuum publicationem, & ſententias auctoritate delegata in exemptorum favorem latas executioni mandari.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 55.

Card. Zabarella ſuper eadem Clementina in d. §. Nonnulli ſub n. 1.

(17) Non poſſunt pariter tabellionibus inhibere, ne inſtrumentum de his conficiant, de quibus rogatur.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 12.

(18) Nota, quod non eſt deneganda religioſis juſtitia, nec juris conſilium, nec advocatus.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina in loc. ſupr. cit.

(19) Exempti non tenentur præſtare locorum Ordinariis juramenta fidelitatis, & obedientiæ, nec etiàm in eorum, quas ipſis Ordinariis ſcribunt literis ſecundum caſuum exigentiam.

Abbas Panormitanus ſuper hac

hac Clementina n. 13.

(20) Nota, quod habens Jus præſentandi ad beneficium poteſt quidem præſentationem per literas facere.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 14.

Lap. Allegat. 75. Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 83. n. 1.

Rota deciſ. 150. n. 8. & deciſ. 383. n. 4. coram Criſpo, coram Cardinal. Falconerio deciſ. 30. n. 4. tit. de Jurepatron.

Colonien. Vicariæ 4. Decembris 1741. §. 7. coram Peralta.

[21] Notandum, quod ubi præſentatus eſt idoneus, eſt quidem per eum, ad quem pertinet inſtituendus.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 78.

(22) Animadvertendum, quod Eccleſiæ Parochiales pleno jure in Monaſterii menſam tranſlatæ, eam, uti Capitis regularis membra, ſortiri cenſentur qualitatem Beneficiorum regularium non conferibilium in titulum, ſed ad inſtar conducti ſervitii in ſimplicem contemporaneam adminiſtrationem.

Text. in cap. Cum acceſſiſſent de Conſtit.

Rota deciſ. 12. n. 2. & 3. poſt Monacel. Formul. legal. tom. 2.

Paſſavien. Parochialium 30. Junii 1732. §. Intentio coram Cardinal. Aldrovando.

(23) Proindeque nunquam proprie vacare dicuntur per mortem eorum, quibus ſunt fructus ad firmam conceſſi.

Text. in Clement. 1. n. 5. de ſupplend. Negligent. Prælator.

Noal. Conſil. 107. n. 3.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementina n. 82.

Amoſtaz. de Cauſ. Piis lib. 3. cap. 1. n. 24.

[24] Nota, quod Prælati non poſſunt Monaſteriorum bona occupare.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Nonnulli.

[25] Nec eſt eis permiſſum bona exempta erecto vexillo cum armis aggredi.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementina n. 109.

(26) Advertendum, quod conceſſiones ab Abbatibus de Monaſteriorum bonis in perpetuum, vel ad tempus factæ ſuis Conſanguineis, vel nepotibus ſunt ipſo jure nullæ.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Abbates.

Petrus de Ancharano ſuper hac met Clementina n. 18.

(27) Præſentatio expleta per Monachos de familiaribus Prælati coactione ipſius non eſt ipſo jure nulla; ſecùs in electione.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 114.

(28) Abbas non eſt ad monachandum compellendus.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina in dict. §. Abbates.

[29] Scitu dignum, quod in hac Clementina ſublatum fuit Abbatibus illud, quod olim jactabant privilegium recipiendi vacantium

 bene-

beneficiorum ſpolia, & deportus, hoc eſt beneficiorum redditus.

Thomaſſin. de Benefic. part. 3. lib. 2. cap. 37. n. 5., & cap. 56. n. 2.

(30) Nota, quod una tantum eſt univerſalis Chriſtianorum Eccleſia, extra quam nullus ſalvatur.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Verum.

Reiffenſtuel. Theolog. Moral. tractat. 4. Diſtinct. 3. queſt. 1. n. 8. de vera Chriſti Eccleſia.

(31) Item unus Deus, una fides, unum Baptiſma.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementina n. 159.

Cardinalis Zabarella in loco ſupra citato.

Reiffenſtuel. Theolog. Moral. diſtinct. 3. de Baptiſm. quæſt. 1. n. 1.

(32) Epiſcopi non ſolum debent Regulares charitative tractare, & fovere, ſed ſua etiam jure, & privilegia inviolabiliter eis ſervare.

Fagnan. in cap. Grave il 1. de Offic. Ordinar. n. 29.

Matthæuc. Official. cur. Eccleſ. cap. Ultim. ſub n. 3. Verſ. & tandem in fin.

(33) Notandum, quod religioſus petere debet ad ſuæ religionis Capitula, ſive generalia ſint, ſive provincialia.

Bonifacius de Vitalinis ſuper hac Clementina n. 172.

TITULUS VII.

De Privilegiis, & Exceſſibus Privilegiatorum.

CAPIT. PRIMUM.

Religioſi, qui Clericis, aut laicis ſacrum Unctionis extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare (1) matrimoniave (2) ſolemnizare, non habita ſupèr his parochialis presbyteri licentia ſpeciali: aut qui excommunicatos a Canone, præterquam in caſibus a jure expreſſis, vel per privilegia Sedis Apoſtolicæ conceſſis eiſdem, vel a ſententiis per ſtatuta provincialia, (3) aut ſynodalia promulgatis, ſeù (ut verbis eorum utamur) à pœna, & culpa abſolvere quemquam præſumpſerint: excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto per Sedem Apoſtolicam dumtaxat abſolvendi: (4) quos etiam Locorum Ordi-

Digitized by Google

Ordinarii (poſtquam de hoc eis conſtiterit) excommunicatos faciant (5) publicè nuntiari, donec de abſolutione ipſorum eis fuerit facta fides, nullo religioſis eiſdem ſuper hoc exemptionis, vel alio privilegio ſuffragante.

Quibus etiam in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis eternæ diſtrictiùs inhibemus, ne in ſermonibus ſuis (6) Eccleſiarum Prælatis detrahant: aut etiam retrahant laicos ab Eccleſiarum ſuarum frequentia. (7) vel acceſſu, ſeù indulgentias prænuntiant [8] indiſcretas: Neve cum confectionibus teſtamentorum intererunt, a reſtitutionibus debitis, aut legatis matricibus Eccleſiis faciendis retrahant teſtatores: Nec legata, vel debita, aut male ablata incerta ſibi, aut aliis ſingularibus, ſeu Ordinis fratribus, vel Conventibus in aliorum præjudicium fieri, ſeu erogari procurent: (9) Nec etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ, aut locorum Ordinariis reſervatis quemquam abſolvere: (10) Aut perſonas Eccleſiaſticas præſertim cor. Judicibus delegatis a Nobis, ſuam contra eos juſtitiam proſequentes vexare indebitè, aut ad loca plura, & præſertim multum remota convenire præſumant [11]. Si qui verò præmiſſa, vel aliquod de præmiſſis attentare præſumpſerint, per duos menſes ſubjaceant pænis illis, quæ ſecundum eorum regulam, vel ſtatuta pro gravibus criminibus, ſeu culpis eis conſueverunt imponi: ſuper quibus abſque manifeſta neceſſitate cum eis non valeant diſpenſare. Cœterum Prælati eorum, niſi de his, quæ occaſione præmiſſorum exceſſuum ad eos quoquo modo pervenerint Eccleſiis, aut Perſonis Eccleſiaſticis damnificatis, vel læſis ſatisfactionem plenariam exhibuerunt intra Menſem poſt quam ſuper hoc fuerint requiſiti ſuſpenſionis ſententiam uſque ad ſatisfactionem debitam eo ipſo incurrant, non obſtantibus præmiſſis ſtatutis, aut quibuslibet privilegiis cujuſcumque tenoris exiſtant.

Sanè Religioſis illis, quibus eſt ab Apoſtolica Sede conceſſum ut familiaribus ſuis domeſticis, aut pauperibus in hoſpitalibus ſuis degentibus Sacramenta poſſint Eccleſiaſtica miniſtrare, nullum ex præmiſſis volumus quo ad hoc præjudicium generari (12).

(1) In hac Viennenſi Conſtitutione excommunicatione plectuntur Religioſi *non privilegiati*, qui ſine Parochi licentia Sacramentum extremæ unctionis, vel Euchariſtiæ miniſtrant, aut matrimonia ſolemnizant, vel in Foro conſcientiæ excommunicatos a Canone, præter quam in caſibus a jure, vel ſpeciali privilegio ipſis conceſſis, abſolvere præſumunt.

Antonel. de regimin. Eccleſ. lib. 7. cap. ultim. n. 3.

Cabaſſut. in Notit. Eccleſ. Hiſtor. Concil. pag. 491. n. 15.

Ferrari Bibliothec. Canon. Verb. Excommunicatio art. 3. n. 3.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 38. n. 13. pag. 412.

Piaſec. Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 1. n. 10. & cap. 3. ſub n. 46. Verſicul. Et ſi.

Sayr. de Cenſur. lib. 3. cap. 29. n. 26.

[2] Scitu dignum, quod excommunicationis pæna illata contra recenſitos Religioſos matrimonia ſolemnizantes ſinè Parochi licentia fuit ſubindè per Concil. Trident. *in Seſ. 24. de ref. cap.* 1. ſublata, & altera ſuſpenſionis fuit adjecta.

Fagnan. in cap. cum Capella n. 26. de Privileg.

Girald. ad Theſaur. de pæn. Eccleſ. par. 2. Verb. Matrimonia cap. 1. Verſ. Ex Tridentino.

Vid. meam Collectan. ad C. T. in d. Seſ. 24. de ref. cap. 1. n. 18.

Nota quod Epiſcopus poteſt quidem excommunicare religioſos ſupradictos recenſita Sacramenta ſinè Parochi licentia miniſtrantes.

Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 5. n. 68.

Paſſerin. de Homin. Stat. tom. 2. quæſt. 187. art. 1. n. 437. pag. 99.

Panimolla deciſ. 84. adnot. 4. n. 5.

Themud. deciſ. Olyſipon. 62. n. 22. tom. 1.

(3) Advertendum, quod religioſi abſolvere pariter non poſſunt excommunicatos a ſtatuto provinciali, vel Synodali.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementin. n. 6.

(4) Nota, quod ab hujuſmodi excommunicatione non poſſunt religioſi prædicti niſi a Papa abſolvi, præterquam in mortis articulo.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clementin. n. 48.

Cardinalis Zabarella ſuper hujuſmodi Clement. cap. 1. Verb. Religioſi.

[5] Te-

Digitized by Google

[5] Tenetur tamen Epiſcopus eos denunciare alias excommunicatos vitandos, donec de abſolutione ipſorum eis fuerit facta fides.

Fagnan. in cap. Grave il primo de offic. Ordinar. n. 75.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap. 19. n. 38.

Thomas del Bene de immunit. cap. 14. dubitat. 1. n. 8. & 11.

Girald. ad Theſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. cap. 1. Verb. Indulgentiam.

Genuenſ. in Prax. Archiepiſc. Cur. Neapol. Cap. 7. n. 4.

Nota 1., quod denunciatio quum nil aliud importet, quam notificationem factam populo, ut ſciat quem debeat vitare proindeque fieri poteſt tam in cenſura hominis, quam in illa legis.

Raynald. Obſerv. ad Cap. 32. ſupplet. 4. n. 59. & ſeq.

Rota in Cuſentina Cenſurarum 5. Junii 1741. §. 7. coram De Canilliac.

Nota 2., quod denunciatio, quæ vigore hujus Clementinæ fieri debet ab Epiſcopo, procedit tantum in illis caſibus in eadem Clementina expreſſis, dum ad alios non ſe extendit.

Mnazo aſſert. Jur. 6. n. 6.

Vurp. in Prax. judic. For. Eccleſ. Cap. 42. ſub n. 15.

Capon. diſcept. forenſ. 327. n. 36.

(6) Nota 3. quod multa in hac Clementina ſunt Religioſis prohibita ſub pœnis in ea contentis; inter cætera, ne ſuis in ſermonibus detrahant Prælatis.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. *Quibus* n. 9.

(7) Nec retrahere debent laicos, ut ad proprias non accedant Eccleſias.

Bonifacius de Vitalin. ſuper hac Clement. n. 53.

(8) Nec vanas publicare indulgentias.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Regularibus prohibita.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Eod. Verb.

[9] Aut dum teſtamentorum confectionibus interſunt, retrahere haud debent teſtatores a reſtitutione debita, aut legatis matricibus Eccleſiis faciendis; nec legata, vel debita, aut male ablata ſibi, aut aliis ſuis religioſis perſonis, vel conventibus aliorum in præjudicium fieri, vel erogari procurent.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. *Quibus* n. 5. & 7.

Girald. ad Thæſaur. de Pœn. Eccleſ. Par. 2. Cap. 10. Verb. Religioſi reſtitutiones n. 1 pag. 354.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina §. *Quibus* n. 13.

Genuenſ. in Prax. Archiepiſcop. Cur. Neapol. Cap. 91. n. 10.

[10] Abſolvere pariter non poſſunt a caſibus Papæ, aut Ordinariis reſervatis.

Piaſec. Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 1. n. 12.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor.

Digitized by Google

ſtor. Concilior. pag. 491. n. 15.

(11) Et ſimiliter non valent aliquem indebite vexare, vel remotum ad locum convenire.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Regularibus prohibita.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verb. eod. tom. 3.

(12) Excipiuntur ab hac Clementina hi Religioſi, quibus a Sede Apoſtolica extitit conceſſum, ut familiaribus ſuis, domeſticis, aut pauperibus in hoſpitalibus ſuis degentibus poſſint Eccleſiaſtica miniſtrare Sacramenta.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 5. tit. 5. ſub n. 46. verſ. Sed hi.

Notandum, quod hæc Clementina Conſtitutio non aliter venit intelligenda niſi Regulares in contrarium habeant privilegium ſive antea, ſive poſt dictam Conſtitutionem conceſſum.

Campanil. Diverſor. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 13. n. 79.

Roderic. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 56. art. 1. & 2.

CAPIT. SECUNDUM.

Archiepiſcopo per quævis loca exempta ſuæ provinciæ facienti tranſitum, aut ad ea forſitan declinanti, ut crucem ante ſe liberè portari faciat, benedicat (1) populo, divina officia privatim, vel publicè ibidem audiat, et ea etiam in Pontificalibus celebret, & faciat in ſua præſentia ſine pontificalibus celebrari [quovis privilegio contrario non obſtante] ſacro approbante concilio præſentis conſtitutionis ſerie duximus concedendum (2). Simili modo concedimus Epiſcopo, ut in locis eiſdem ſuæ diœceſis poſſit populo benedicere, audire divina officia, & ea etiam celebrare, & in ſua præſentia facere celebrari (3). Sic tamèn quod prætextu conceſſionis hujuſmodi in locis ipſis exemptis, vel circa hoc privilegiatis nullam aliam juriſdictionem idem Archiepiſcopus, vel Epiſcopus exerceat, nec perſonis exemptis, vel privilegiatis moleſtiam inferat, vel gravamen, nullumque exemptioni, vel privilegiis eorumdem aliud præjudicium generetur, [4] nec ipſis Archiepiſcopo, vel Epiſcopo jus aliud quomodolibet aquiratur.

(1) No-

[1] Nota, quod Archiepiſcopo in omnibus ſuæ Provinciæ locis etim exemptis crucem ante ſe deferre, & benedicere populo eſt ſpecialiter conceſſum.

Loter. de re Benef. lib. 1. quæſt. 22. n. 27.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 2.

Ferrari in Bibliothec. Canonic. Verb. Crux n. 31.

Capon. Diſcept. forenſ. tom. 1. diſcept. 56. n. 9.

Sacra Congr. Epiſcop. & Regular. in Papienſi Juris deferendi Crucem 17. Septembr. 1707. & & 22. Septembr. 1708.

S. C. Concil. in Lucana Juris deferendi Crucem 8. Auguſti 1716.

[2] Item celebrare divina, vel coram ſe facere celebrare etiam in Pontificalibus in dictis locis exemptis abſque Regularium licentia.

Fagnan. in cap. Quia nobis n. 12. & ſeq. de Auctorit. & uſu Pallii.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 33. §. 4. n. 30.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap. 19. n. 35.

Ferrari in Bibliothec. Canonic. Verb. Benedictio Epiſcopalis artic. 2. n. 3. & 4.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor. Cnncil. pag. 492. n. 16.

Nota, quod licet jure comuni inſpecto, Regulares reſiſtentes Epiſcopo exercere volenti Pontificalia in eorum Eccleſiis non ab ipſo Epiſcopo, ſed ab eorum Superioribus Regularibus ſint compeſcendi, hodie tamen ex decreto S. C. Epiſcop. & Regular. conceſſa legitur Epiſcopis facultas procedendi hoc caſu contra eos ad cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas.

Fagnan. in dict. cap. Quia nobis n. 19. in fin. ubi in medium affertur ejuſdem S. Congregat. decretum.

(3) Simili quoque privilegio celebrandi in recenſitis locis divina, & ea etiam celebrare, & in ſua præſentia facere celebrare gaudet etiam Epiſcopus.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 33. §. 4. n. 30.

Pariter habet jus celebrandi in Pontificalibus tam in Regularium Eccleſiis, quam in aliis exemptis.

Frances de Eccleſ. Cathedral. cap. 31. n. 133.

Rota deciſ. 1408. n. 11. coram Penna impreſ. Lugdun.

[4] Nota, quod tam Archiepiſcopus quam, Epiſcopus non valent ſub hujus conceſſionis prætextu uſurpare juriſdictionem in exemptos, aut moleſtiam, vel gravamen illis inferre.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Epiſcopi quoad Regulares exemptos.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verb.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 33. §. 4. n. 30.

TI.

TITULUS VIII.

De Pœnis.

CAPIT. PRIMUM.

SI quis ſuadente diabulo in hoc ſacri legii genus prorumperit, quod quemvis Pontificem injurioſè, vel temerè percuſſerit, aut ceperit, ſeu banniverit, vel hæc mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel ſocius in his fuerit facientis, aut conſilium in his dederit, aut favorem, aut ſcienter defenſaverit eumdem: (1) in illis caſibus de prædictis, in quibus excommunicationem per jam editos Canones non ſubiret, ſit hujus noſtræ Conſtitutionis auctoritate (non obſtante quacumque conſuetudine, quam reprobamus approbante Sacro Concilio, potiùs corruptelam) anathematis mucrone percuſſus, a quo nequeat niſi per Summum Pontificem [præter quam in articulo mortis] abſolvi (2). A feudis inſuper, locationibus, officiis, & beneficiis Spiritualibus, ſeu temporalibus, quæ ab Eccleſia, cui ſic offenſus præeſt Epiſcopus, obtinet: cadat hoc ipſo, ac ad eamdem Eccleſiam liberè revertantur (3). Ipſius filii per maſculinam lineam deſcendentes uſque ad generationem ſecundam (omni ſpe diſpenſationis adempta) reddantur ipſo facto inhabiles ad Eccleſiaſtica beneficia in Civitate., & Diæceſi, in quibus idem Epiſcopus præſidet, obtinenda. [4] Terra quoquè ipſius (dum tamen ultra unam Diæceſim non contineat) uſquè ad condignam ſatisfactionem ejuſdem: Nec non locus, aut loca, in quibus captus Epiſcopus detinebitur, quamdiù detentio ipſa in eiſdem duraverit, Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto (5).

Quod ſi terra ejuſdem duas diæceſes, vel ultra contineat

Digitized by Google

tineat diæceſis domicilii principalis ipſius, & illa etiam in qua fuerit delictum commiſſum ſi ſua ſit, & duæ aliæ, quæ ſub ipſo ſint eidem loco magis vicinæ interdicto ſubiaceant ſupradicto [6]. Et quia eo major erit ipſius confuſio, quo ſua fuerit culpa patentior: quouſquè dignam ſatisfactionem præſtiterit, per omnes illius loci, in quo commiſſum eſt facinus, nec non Civitatum, & Diæceſum vicinarum Eccleſias, quibuslibet diebus Dominicis, & feſtivis, pulſatis Campanis, & candelis accenſis excommunicatus publicè nuntietur (7). Et cum abſolvendus fuerit, ſufficientèr, & idonee caveat, quod inferendæ pænæ parebit, & auxiliante Domino pænitentiam peraget injungendam [8]. Civitas autèm, quæ præmiſſa, vel eorum aliquod in Epiſcopum ſuum commiſerit, interdicto donec ſatisfecerit ſubjaceat memorato (9). Poteſtas verò Conſiliarii, ballivus, ſcabini, advocati, conſules, rectores, & officiales ipſius quocumque nomine cenſeantur in præmiſſis culpabiles exiſtentes, ſimiliter excommunicationis ſententiæ, a qua (niſi ut præmittitur) non valeant abſolutionis obtinere beneficium, ſint ſubiecti (10). Quæ omnia tanto magis in Epiſcoporum interfectoribus ſunt ſervanda, quanto in eis ſeverior, quàm in præfatos pæna debet exurgere, & gravioris indignationis aculeus deſævire.

Nec ſuper hæc quiſquam miretur, quod præmiſſa perpetrantibus pænas non inferimus graviores: licet enim [quod dicere pudet] hæc proh dolor, frequentèr occurrant: multiſque graſſantibus opus eſſet exemplo, & ex dignitate offenſi pænam metiri deceat offendentis: Epiſcopi enim dicuntur Sanctiſſimi, Chriſti Legati [11] exiſtunt, Spirituales ſunt Patres, noſtrique fratres, & Coepiſcopi, (12) columnæ comprobantur Eccleſiæ; quarè gravem oporteret eſſe pænam culpę violantis dignitatem tantæ preæminentiæ adequandam. Volumus tamen

ad præſens in pænarum exageratione temperare rigorem ad pænas alias proceſſuri, ſi protervitatem delinquentium hoc expoſcere videamus.

Sane ſi quis in aliquo caſuum prædictorum fuerit ab excommunicationis ſententia in mortis articulo abſolutus, niſi poſtquam priſtinæ reſtitutus fuerit ſanitati, quàm citô commodè poterit conſpectui Romani Pontificis (13) ſe præſentare curaverit, ejus mandatum humilitèr recepturus, prout juſtitia ſuadebit: in eamdem excommunicationis ſententiam dat ipſo facto, quamvis enim ſuper hoc ſatis plenè in jure alibi ſit proviſum: ne tamen aliquis in hoc ex ignorantia juris ſe ſatagat excuſare: hoc expreſsè præmiſſis duximus annectendum.

(1) Nota, quod percutientes, capientes, aut relegantes Epiſcopos, vel præſtantes conſilium, aut favorem, aut facta ab aliis ratificantes excomunicantur.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 14.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 39. n. 89.

Ferrar. Bibliothec. Canonic. Verb. Excommunicatio art. 3. n. 5. Verb. Domin. temporales, & art. 11. n. 20.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 38. n. 14.

Thæſaur. de pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 4. Verb. Injuria.

Monacel. formular. legal. For. Eccleſ. tom. 3. tit. 5. formul. 8. n. 8.

(2) Multæ ſunt pænæ in hujuſmodi Clementina inflictæ contra offendentem ejus Prælatum altero ex prædictis modis; quarum altera eſt excom municatio, a qua non poteſt abſolvi, niſi per Summum Pontificem, ſcilicet, mortis articulo excepto.

Girald. ad Thæſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 4. Verb. Injuria.

(3) Secùndo a feudis, locationibus, officiis, & beneficiis ſpiritualibus, & temporalibus, quæ ab Eccleſia, cui offenſus Epiſcopus præeſt, obtinet, cadit ipſo facto, eaque ad dictam Eccleſiam libere revertuntur.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 5.

(4) Ipſius filii per lineam maſculinam deſcendentes uſque ad ſecundam generationem, omni diſpenſationis ſpe adempta, redduntur ipſo facto inhabiles eccleſiaſtica ad beneficia obtinenda in civitate, & ejuſdem Epiſcopi Diœceſi.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Epiſcopos perſequentes.

Paravicin. in Polianth. Sacror.

Digitized by Google

cror.Canon.tom.2. eod. Verb.

(5). Tertio, terra ipſius offendentis, & cooperantis, ſi non ultra unam extenditur Diœceſim, uſque ad condignam ejuſdem Domini ſatisfactionem, eccleſiaſtico ſubjacet interdicto; itemque locus quilibet, in quo captus detinetur Epiſcopus, quandiu detentio ipſa eodem in loco duraverit, eccleſiaſtico ſubjacebit interdicto.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 4. Verb. Injuria Verſic. Tertio.

Leo in Theſaur. For. Eccleſ. part. 3. cap. 8. n. 81.

(6) Notandum, quod ſi Terra illius duas, vel plures contineat Diœceſes, tunc Diœceſis domicilii principalis ipſius delinquentis, & illi in qua fuerit delictum commiſſum, ſi ſua ſit, & duæ aliæ ejuſdem Domini eidem loco magis vicinæ, interdicto ſubjacere debent interdicto.

Girald. ad Thæſaur. in loco ſupra citat. Verſ. Quarto.

(7) Et non ſolum omnibus diebus Dominicis pulſatis Campanis, & accenſis Candelis ſunt excommunicati denunciandi; ſed etiam in aliis feſtis hoc eſt faciendum, donec ſatisfiat.

Laurea in Epitom. Canon. Verb. Epiſcopos perſequentes.

Paravicin. in Polyant. Sacror. Canon. tom. 1. eod. Verb.

(8) Animadvertendum, quod quum delinquentes abſolvendi fuerint, cavere idonee omnino debent nedum de parendo pænæ inferendæ; ſed etiam de peragenda pænitentia injungenda.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ.par. 2. cap. 4. Verb. Injuria Verſicul. Quinto.

[9] Nota inſuper, quod Civitas, aut locus, qui præmiſſa, vel eorum aliquod in ſuum commiſerit Epiſcopum interdicto, donec ſatisfecerit, ſubiicitur.

Bonaccin.tom.3. de Interdict. in particular. diſput. 4. punct. 4. quæſt. 3. n. 10.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 39. n. 89.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 38. in notis *lit. C.*

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 19.

(10) Et ejus Magiſtratus, & officiales omnes, ſi culpabiles exiſtant, excommunicationem incurrunt, a qua haud abſolvi valent, niſi a Sede Apoſtolica.

Girald. in loco ſupra citato Verſ. Quinto in fin.

(11) Sciendum, quod Epiſcopi ſunt Chriſti Jeſus Legati.

Canon. omnis 36. 7. quæſt. 1.

Rota in Urgellen Canonicatus Pœnitentiarii ſuper cenſuris 18. Maii 1707.ſ.Cauſa coram Omanna.

(12) Et Spirituales Patres, Fratres, & Coepiſcopi Papæ, & Eccleſiæ columnæ.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.26.

Digitized by Google

Monacel. formular. legal. For. Eccleſ. tom. 3. tit. 3. formul. 6. n.21.

(13) Nota, quod ſi quis in recenſitis caſibus fuerit in mortis articulo ab excommunicationis ſententia abſolutus, debet, poſtquam priſtinæ fuerit ſaluti reſtitutus, quam citò commodè poteſt, Papam adire, aliàs ipſo facto in primam reincidit ſententiam.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.22.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Abſolutus, tempore mortis.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom.1. eod. Verb.

Animadvertendum, quod quamvis in Bulla *Cænæ Domini* feratur excommunicatio, ſpecialitèr Papæ reſervata, contra injuriam inferentes in Epiſcopi perſonam, ut diſpoſitum legitur in hac, qua de agitur Clementina I. SI QUIS SUADENTE; Adhuc in eadem Bulla continentur tantùm bannientes Epiſcopum non de quocumque territorio, ſed de terra, in qua juriſdictionem, ſeu jus aliquod habet Epiſcopus. Itèm in Bulla Cænæ non excommunicantur etiam ratum habentes, ut habetur in *Clement.* 1. ſed hoſtilitèr Epiſcopum inſequentes, qui in Clement. 1. non continentur. In reliquis autèm nullum adeſt diſcrimen.

Girald. de Pæn. Eccleſ. par. 2.cap.4. Verb. Injuria Verſ. Sextò.

CAPIT. SECUNDUM.

Multorum ad Nos gravis quærela deduxit, quod nonnulli obtinentes temporale dominium Viros ſæpè Eccleſiaſticos capere, captoſque donèc ſua reſignant beneficia, aut ne citati ad Apoſtolicam Sedem ab homine, vel a jure venire ad ipſam valeant auſu detinere ſacrilegio non verentur: [1] citatos eoſdem in exitu eorum diſtrictuum, ut plurimum capientes.

Conſiderantes igitur, quantum ex his tâm noſtro, & Apoſtolicæ Sedis honori, quâm Perſonarum Eccleſiaſticarum quieto, & proſpero ſtatui non ſine damnanda exempli pernicie derogetur: ſacro approbante concilio ſtatuimus, ut pratèr ſententiam Canonis, quam facientes, aut fieri procurantes præmiſſas incurrere dignoſcuntur: procurantes ipſi perſonæ Eccleſiaſticæ exiſtentes a perceptione fructuum Eccleſiarum ſuarum, ſi fuerint Præ-

Pſælati, triennio ſint ſuſpenſi (2). Quod ſi inferiores extiterint eo ipſo obtentis beneficiis ſint privati (3). Illis pœnam incurſuris eamdem, qui ne citati (ut præmittitur) ad Sedem Apoſtolicam veniant, ſed ut ſe ſub obtentu hujuſmodi a veniendo excuſent, a poteſtate ſæculari ſe capi (ut interdum contigiſſe audivimus) procuraverint (4). Sanè reſignationes beneficiorum modo ſupradicto extortæ (licet a reſignantium ipſorum prælatis receptæ, aut ratæ habitæ fuerint) nullius omninò decernimus eſſe firmitatis (5). Locorum Ordinariis injungentes, ut poſtquam eis conſtiterit aliquos ſibi ſubjectos pœnam, & ſententiam incuriſſe præmiſſas, ipſas publicare non differant executionique debitæ, prout ad eos pertinuerit, demandare (6).

[1] Cautum in hac Clementina reperitur, quod ſi quis temporale habens dominium Viros Eccleſiaſticos cæperit, captoſve, donec beneficia reſignaverint, detinuerit, vel impedimento fuerint, ne citati ab homine vel a jure ad Apoſtolicam veniant Sedem, incurrit in excommunicationem Canonis *Si quis ſuadente*.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n.5.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par.2. cap.6. Verſ. ad Curiam Romanam.

(2) Nota, quod ſi talia perpetrantes ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, vel Eccleſiaſtica in dignitate conſtitutæ, quâ Prælati, ſunt a fructuum ſuæ Eccleſiæ perceptione per triennium ſuſpenſæ.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb.Beneficiorum impetrationes.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. eod. Verb.

[3] Si verò ſimilia committentes inferiores Clerici extiterint ſunt eo ipſo obtentis beneficiis privati.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.8.

Paſtor de Benef.Eccleſ.lib.3. tit.19. n.5.

[4] Animadvertendum, quod ſi recenſitæ Perſonæ citatæ ab homine, vel a jure procurent ſe capi, aut a poteſtate laica detineri ad effectum evitandi acceſſum ap Sedem Apoſtolicam in eaſdem incidunt pœnas in hujuſmodi Clementina contentas.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.10.

[5] Notandum, quod beneficiorum ſimilium reſignatio etiamſi fuerit a Prælato proprio admiſſa, nul-

nullius tamèn momenti eſt, imò eſt ipſo jure nulla.

Girald. ad Thæſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 3. Verb. Reſignatio.

(6) Et Locorum Ordinarii, ubi eis de hujuſmodi exceſſu conſtiterint debent recenſitas pænas, de quibus Clementina verba facit, nedum declarare, ſed etiam eas exequi.

Leo in Thæſaur. For. Eccleſ. lib. 3. cap. 7. n. 177.

Girald. ad Theſaur. in loco ſupra citat.

CAPIT. TERTIUM.

Cupientes eos, quos ad obſervantiam jurium virtutum præmia non inducunt tâm adiectarum exageratione pænarum, quâm adijciendarum de novo formidine a temerariis auſibus refrenare transgreſſores Conſtitutionis, quæ Religioſis Mendicantibus domos ad habitandum, vel loca quæcumque de novo recipere, recepta huc uſque mutare, vel ea transferre in alios cuiuſvis alienationis titulo interdicit: (1) illos etiam religioſos, qui aliqua ut audientes a decimarum Eccleſiis debitarum ſolutione retrahant in ſermonibus ſuis, vel alibi proferri præſumunt: excommunicationis ſubjacere ſententiæ decernimus ipſo facto (2). Et quia niſi fiat quod bonum eſt a malo abſtinere non ſufficit: Religioſis omnibus injungimus ſub obteſtatione Divini judicii, & interminatione maledictionis eternæ, ut quotiens populo prædicabunt, in prima Dominica, quarta, & ultima Quadrageſimæ, & in feſtis Aſcenſionis Dominicæ, Pentecoſtes, Nativitatis Beati Johannis Baptiſtæ, Aſſumptionis, & Nativitatis Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Dei, audientes expreſſe ſtudeant informare, ſi ab Eccleſiarum Rectoribus, vel Vicariis, aut loca tenentibus eorumdem requiſiti fuerint: nec non & his, quorum confeſſiones audient conſcientiam facere, quod decimas ſolvere non omittant (3). Quod ſi fortè in prædicatio-

cationibus hoc ipſum ſupradictis diebus ſuadere ſcientèr omiſerint per Superiores eorum graviter arguantur.

Quibus etiam Superioribus in virtute Sanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, ut contra talitèr omittentes Statuta pœnalia faciant: ſecundum quæ ſic acriter puniant tranſgreſſores, (4) quod pœna eorum ſit cæteris in exemplum: Conſtitutione bon. mem. Gregorii Papæ X. prædeceſſoris Noſtri circa edita in ſuo robore permanſura. Qui verò ſcienter poſt poſuerint confitentibus conſcientiam facere de ſolvendis hujuſmodi decimis ab officio prædicationis tandiù maneant ipſo facto ſuſpenſi, donec confitentibus ipſis (ſi hoc ipſum ſibi dicendi commode facultatem habuerint, conſcientiam fecerint:) Exinde excommunicationis incurſuri ſententiam ipſo facto, ſi prædicare præſumpſerint prædicta negligentia (ut præmittitur) non purgata (5). Ad religioſos tamen monaſteriorum, vel rectores Eccleſiarum decimas percipientium nolumus hoc extendi.

Sanè temerarios Violatores Conſtitutionis illius, quæ religioſis, & Clericis Sæcularibus prohibet, ne aliquos ad vovendum jurandum, vel fide interpoſita, ſeù aliâs promittendum inducant, ut ſepolturam apud eorum Eccleſias eligant, vel jam electam ulterius non immutent ſimilem ſententiam (pœna in dicta conſtitutione contenta in ſuo perdurante robore) incurrere volumus ipſo facto: ab alio, quam a Sede Apoſtolica (præterquam in mortis articulo) nullatenùs abſolvendos: (6) nullius privilegiis, aut ſtatutis cujuſcumque tenoris exiſtant, ſuper his valituras.

[1] Fuit per Viennenſe Concilium abſolutè demandatum, ut religioſi, mendicantes ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia non poſſint nova recipere loca, vel jam uſque ad illud tempus accepta mutare, aut in alios tranferre quæſita ſub excommunicationis pœna

Pe-

ipſo facto incurrendæ.

Petrus de Ancharano ſuper Clement. Exivi de Paradiſo n. 12. & 19.

Fagnan. in cap. Grave n. 53. de Offic. Ordinar.

Ferrar. in Bibliothec. Canon. Verb. Conventus artic. 1. n. 13.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 1. Verb. Religioſas domos n.4.

Rota in recent. deciſ. 289. n. 2. part. 12., & deciſ. 309. n. 2. par. 13.

Coram Celſo deciſ. 60. n. 1. & 3.

Eyſteten. Fundationis Hoſpitiis 10. Maii 1726. §. Contrarium coram Gamaches.

Nota quod Beneplacitum Apoſtolicum poteſt eſt intervallo accedere, modo tamen non ſit in judicium deducta nullitas fundationis novi Conventus.

Rota in dicta Eyſteten. Fundationis Hoſpitii §. Fruſtraque coram Gamaches.

Notandum, quod novi Conventus fundatio non ſolùm Parochi conſenſum requirit, ſed etiam aliorum regularium conventus poſſidentium conſtructos quoquè extrà Civitatem intra quatuor Milliaria, ob timorem præjudicii ratione tàm oblationum, quàm aliarum obventionum ſibi debitarum.

Rota deciſ. 554. n. 4. & 5. coram Cerro.

Oxomen. Fundationis Conventus 27. Novembris 1747. §. 16. coram De Vais.

(2) Sciendum, quod in hac Clementina *Cupientes* excommunicatione pariter plectuntur Religioſi, qui ſuis in ſermonibus publicis, aut privatis, vel alibi aliqua proferre præſumunt, aut audientes a decimarum ſolutione abſtrahantur.

Barboſa de Offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 50. n.231.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib.3. tit.40. n.37.

Piaſec. in prax. Epiſcop. par. 2. cap.3. ſub n.46. Verſ. Similitèr.

Sayr de Cenſur. lib.3. cap.33. n. 39.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor. Concilior. pag. 492. n.17.

(3) In vim ſimilitèr hujus Clementinæ tenentur Religioſi non ſolùm in concionibus, ſed etiam in confeſſionibus docere populos, ut decimas perſolvant; & ſi retrahant excommunicationem incurrunt, & donèc retractent, ſuſpenduntur.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 4.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Decimas fraudantes.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. eod. Verb.

(4) Advertendum, quod Superiores regulares poſſunt contra ſuos Subditos talia omittentes facere ſtatuta pænalia, & ſecudum ea debent eos punire.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.6.

(5) Nota, quod Religioſi, qui ſcienter poſtpoſuerint confidentibus conſcientiam facere de decimarum

marum ſolutione peragenda tandiu mancant a prædicationis officio ſuſpenſi, donec confitentibus ipſis habita occaſione conſcientiam fecerint de eis perſolvendis: & ſi interim prædicationis munus prædicta negligentia non purgata, exercere præſumpſerint, excommunicationem ipſo facto incurrunt.

Girald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. par. 2. cap. 8. Verb. Decimas impugnantes.

(6) Regulares, & omnes alii Clerici Sæculares inducentes aliquos medio voto, vel juramento, aut pacto, ſeu promiſſione ad eligendam in propriis Eccleſiis ſepulturam alioſve avertentes, ne aliis in locis, aut Monaſteriis ſibi benevisis ſepelliantur, excommunicationem incurrunt Papæ reſervatam.

Ferrar. in Bibliothec. Canon. Verb. Regulares artic. 1. n. 46.

Genuenſ. in prax. Archiepiſ. Cur. Neapol. cap. 61. n. 9.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. cap. 38. n. 15.

Piaſec. Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 1. n. 11.

Theſaur. de Pœn. Eccleſ. cap. 3. Verb. Sepolturam.

Romaguer. ad Conſtit. Synod. Gerund. lib. 5. tit. 9. cap. 12. n. 23.

Nota 1. quod quum hujuſmodi Clementina *Cupientes* verba tantum faciat de Religioſis, & Clericis Sæcularibus, qui voto, juramento, pacto, aut promiſſione irrevocabili inducunt aliquos ad eligendam eorum in Eccleſiis ſepolturam; proindeque his pœnis per ſimplex conſilium ſive adhortationem non afficiuntur.

Monacel. in Formular. legal. For. Eccleſ. tom. 3. tit. 1. formular. 38. n. 10.

Paſqualig. ad Lauret. de Franch. contr. par. 2. quæſt. 63. n. 2.

Donat. prax. rer. regular. tom. 3. tract. 9. de Sepultur. quæſt. 27. n. 3.

Nota 2. quod Laici non ligantur cenſura hujus decretalis, etiamſi recenſitis modis aliquem inducerent ad ſepulturam eligendam, quia inibi non loquitur de laicis, ſed de perſonis Eccleſiaſticis inducentibus.

Paſſerin. de Homin. Stat. tom. 2. quæſt. 187. art. 4. n. 418.

Samuel de Sepoltur. tractat. 1. diſput. 2. contr. 1. concluſ. 20. n. 46. & 47.

Medic. eod. tractat. par. 1. quæſt. 8. n. 18.

Girald. ad Theſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. Cap. 3. Verb. Sepulturam.

Rota deciſ. 333. n. 6. par. 1. Diverſor.

TITULUS IX.

De Pœnitentiis, & Remiſſionibus.

CAPIT. PRIMUM.

Cum ſecundùm Statuta Canonica ultimo deputandis ſupplicio, negari (ſi petant) non debeat pœnitentiæ Sacramentum: (1) abuſum damnabilem in quibuſdam partibus contra hoc introductum aboleri omnino volentes, juſtitiarios omnes, & dominos temporales, ut ab hujuſmodi deſiſtant abuſu, hortamur in Domino, & obſecramus per Viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti: Locorum Ordinariis nihilominùs iniungentes, ut eos ad hoc cum primum commode poterunt diligenter monere, & ſi neceſſe fuerit, Eccleſiaſtica cenſura compellere non omittant.

[1] Nota, quod ad ultimum damnatis ſupplicium non eſt pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentum denegandum, nec tandem Eccleſiaſtica ſepultura, quacumque non obſtante conſuetudine.

Abbas Panormitanus ſuper hac Clementina n. 1.

Petrus de Ancharano ſuper ead. Clementin. n. 1.

Gamma in tract. de Sacram. præſtand. ultim. ſupplic. damnat. quæſt. 1. n. 1. & 2.

Lancellot. Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 5. §. Nec infirmis.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Damnatus

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. eod. Verb.

CAPIT. SECUNDUM.

Abuſionibus, quas nonnulli eleemoſynarum quæſtores in ſuis proponunt prædicationibus, ut ſimplices decipiant, & aurum ſubtili, vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eiſdem: cum in animarum cedat periculum, & ſcandalum plurimorum, viam, prout & nobis

nobis poſſibile, plæcludere cupientes, juxta ſtatuta concilii generalis duximus prohibendum diſtrictè, ne quæſtores aliqui (niſi Apoſtolicas, vel Diœceſani Epiſcopi litteras exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur (1). Cum ſolùm ipſis competat indulgentias ſibi conceſſas inſinuare populo, & charitativa poſtulare ſubſidia ſuppliciter ab eodem, ullatenùs ipſi populo prædicent, (2) nec aliud exponere, quam quod in litteris continebitur ſupradictis: (3) Litteras quoquè Apoſtolicas Diœceſani Epiſcopi (ne quid fraudis committi valeat per eaſdem) antequam admittant quæſtores ipſos examinent diligenter (4).

Ad hæc, cum aliqui ex hujuſmodi quæſtoribus, ſicut ad noſtram audientiam eſt perlatum, non ſine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum indulgentias populo motu ſuo proprio de facto concedant, ſupèr Votis diſpenſent: a perjuriis, homicidiis & peccatis aliis ſibi confitentes abſolvant: male ablata incerta (data ſibi aliqua pecuniæ quantitate) remittant: tertiam, aut quartam partem de pœnitentiis injunctis relaxent: animas tres, vel plures parentum, vel amicorum illorum, qui eleemoſynas eis conferunt de purgatorio (ut aſſerunt mendacitèr) extrahant, & ad gaudia Paradiſi perducant; benefactoribus locorum, quorum quæſtores exiſtunt, remiſſionem plenariam peccatorum indulgeant, & aliqui ex ipſis eos a pœna, & a culpa [ut eorum verbis utamur] abſolvant: Nos abuſus hujuſmodi, per quos cenſura vileſcit Eccleſiaſtica, & clavium Eccleſiæ auctoritas ducitur in contemptum omnimodè aboleri volentes: Ea per quoſcumque quæſtores fieri, vel attentari de cætero diſtrictius inhibemus: Omnia, & ſingula privilegia, ſi quâ ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo ſint aliquibus locis Ordinibus, vel perſonis quæſtorum hujuſmodi quomodocumque conceſſa (ne ipſorum præ-

textu ſit eis materia talia ulterius præſumendi) auctoritate Apoſtolica quantum ad præmiſſa pœnitùs revocantes.

Quæſtores autem, qui deinceps in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum deliquerint, vel aliâs etiam quibuſcumque ſuis privilegiis abuſi fuerint, ſic per locorum Epiſcopos puniri volumus (5) (nullo prorsùs eiſdem quæſtoribus in hac parte privilegio ſuffragante) quod à ſuis temerariis abuſibus, qui ubique, ut communis habet aſſertio, nimium excreverunt, pœnæ formidine propenſius compeſcantur.

[1] Nota, quod in hac Clementina *Abuſionibus*, fuerunt Ordinariorum cognitioni, & examini ſubjecti quæſtores, qui diverſis in locis vagantes nedum prædicationis officium ſine canonica approbatione uſurpabantur; verum etiam per diverſas quas peragrabant regiones, falſas ſæpe numero ad extorquendas hominum ſimplicium, titulo eleemoſynarum, pecunias, literas circumferebant: fuitque demandatum, ut quæſtores hujuſmodi non ſint in diœceſi alicujus ſine ſuis, vel Apoſtolicis literis admittendi.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 3.

Lap. Abbas de Tuctis tit. 9. de Pœnitent.& remiſſion.cap.2.n.1.

Ferrar. in Bibliothec. Canon. Verb. Quæſtuarii n. 1.

[2] Quæſtores cujuſcumque exiſtant conditionis nullo modo, nec per ſe, nec per alium valent prædicationis munus exercere, & contrafacientes ſunt a locorum Ordinariis, privilegiis quibuſcumque non obſtantibus, arcendi.

Pignatel.Conſult.Canon.tom. 8. Conſult. 12. n. 12.

Paſſerin.de Homin.Stat.tom. 2. quæſt. 187. artic. 5. n. 16.

Raynald. in Obſervat. Criminal. lib. 3. cap. 28. §. 6. n. 15.

Romaguer.ad Conſtit. Synod. Gerunden. lib.5. tit.11.cap.1. n.3.

Vid. meam Collectan. ad Concilium Tridentin. Seſſ. 5. de Reformat. Cap. 2. n. 29.

[3] Nihil poſſunt populis proponere præter id, quod in recenſitis literis, ſeu licentiis continetur.

Concil. Lateran. IV. generale ſub Innocentio III. Canon. 62.

Caballut. Notit. Hiſtor. Concilior. pag. 441.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Quæſtores Eleemoſynarum.

[4] Nota, quod quæſtorum licentiæ ſunt per Epiſcopum non ſo-

ſolum legendæ; ſed etiam probandæ, alias quæſtuare non eſt eis permiſſum.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. Verb. Quæſtores Eleemoſynarum tom. 3.

(5) Advertendum, quod quæſtores contra præmiſſa in hac Clementina *Abuſionibus*, & alia delinquentes puniri debent ab Epiſcopis quibuſcumque privilegiis non obſtantibus.

Ferrari in Bibliothec. Canon. Verb. Quæſtuarii n. 9.

Gavant. Manual. Epiſcop. Verb. Quæſtores n. 7.

Barboſa de Offic. & Poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 109. n. 12.

Sacra Congregat. Epiſcop. & Regular. in Urbinaten. 4. Septembris 1596.

In Aquenſi 13. Julii 1605.

Scitu dignum, quod frequentiores Quæſtorum abuſus, quos inanibus conatibus Concilia tum Lateranenſe IV., tum Viennenſe reprimere conata fuere, tandem abolevit Concilium Tridentinum per omnimodam officii quæſtorum prohibitionem.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor. Concilior. pag. 529. §. Doloſas.

Vid. meam Collectan. ad Conc. Trident. Seſ. 21. Cap. 9. n. 1. & in Decret. de Indulgentiis n. 4.

TITULUS X.

De Sententia Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti.

CAPIT. PRIMUM.

EX frequentibus Prælatorum querelis accepimus, & Nos ipſi experientia certa probavimus in minoribus conſtituti, quod plerumque religioſi nunc patentèr excuſationibus fucatis in frivulis innitentibus, nunc latentèr Eccleſiarum ſuarum januis perforatis, aut in eis factis feneſtris, (1) ſeu modis aliis exquiſitis non abſque damno Cathedralium, & Parochialium Eccleſiarum, & ſcandalo plurimorum dirumpendo nervum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, civitatum, terrarum, & aliorum locorum generalia interdicta præſumptione damnabili violare

re præſumant. Nos igitur in Sancta Dei Eccleſia, cui diſponente Domino præſidemus, quæ quidem unica eſt, & unum Deum prædicat, atquè colit, unam fidem firmitèr, & ſimpliciter confitetur uniformitatem (quantum commodè poſſumus) conſervare volentes: circa interdictorum obſervantiam proedictorum auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel a locorum Ordinariis poſitorum, de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictè præcipiendo mandamus: quatenus religioſi quicumque tam exempti, quam non exempti cujuſcumque Ordinis, & conditionis exiſtant, cum Cathedralem, vel matricem (ſeu parochialem) loci Eccleſiam illa viderint, aut ſciverint obſervare (2) (non obſtantibus quibuſcumque appellationibus antea etiam ad eamdem Sedem, vel alium, ſeu alios interjectis: & aliis objectibus quibuſcumque) abſque dolo, & fraude cum moderatione tamen decretalis *Alma* inviolabilitèr conſervent: alioquin non ſervantes excommunicationis ſententiæ hoc ipſo volumus ſubjacere (3).

Quod etiam in interdictis, & in ceſſationibus a Divinis indictis per provincialium conciliorum ſtatuta, vel ipſorum auctoritate (cum majus ſit provinciale concilium, quàm ſingularis prælati provinciæ, ac judicium integrum, quod plurimorum ſententiis comprobatur) volumus obſervari (4). In ceſſationibus vero generalibus a Divinis Civitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine, vel alias capitula, collegia, vel Conventus (5) ſæcularium, aut regularium Eccleſiarum ſibi vindicant (quia ipſos hoc unico lumine ad repellendas injurias (6) eis factas privare nolumus, nec debemus) idem intelligimus obſervandum: Ipſi verò ſint diligenter attenti, ut ſtatuta Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſuper his edita, diligentèr obſervent.

Porrò hanc Sanctionem ad pendentia trahimus, non

non obſtantibus privilegiis, conventionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus quibuslibet, quæ contra præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorum religioſis, ipſis in nullo volumus ſuffragari.

(1) Advertendum, quod licitum non eſt in Eccleſiæ muro feneſtras conſtruere propter reverentiam illi debitam.

Barboſa Jur. Eccleſ. Univerſ. lib. 1. cap. 11. n. 27.

Ferrar. in Bibliothec. Canon. Verb. Feneſtræ n. 2.

Pignatel. Conſ. Canon. tom. tom. 4. Conſult. 129.

[2] Hujus ſancti Concilii Decreto ſtatuitur, quod quum Cathedralis, vel matrix Eccleſia ſervat interdictum, etiam Religioſi ceſſare tenentur.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 7.

Frances de Eccleſ. Cathedral. cap. 24. n. 195.

Theſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. cap. 1. Verb. Ceſſationem.

(3) Eodem Concilio Religioſi tam exempti, quam non exempti violantes interdictum per Apoſtolicam Sedem poſitum, aut per Ordinarium loci per Cathedralem vel matricem Eccleſiam ſervatum excommunicationis ſententiam ſtatim feriuntur, non obſtantibus quibuſcumque appellationibus ad Supremam etiam Sedem interjectis, aut quibuslibet privilegiis.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor. Concilior. pag. 492. n. 18.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 39. ſub n. 100.

Ferrar. Bibliothec. Canon. Verb. Excommunicatio contra Regulares artic. 4. n. 6.

Paſtor. de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 40. n. 38.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap. 27. ſub n. 27. Verſ. De pœnis.

[4] Similiter ſupradicti Religioſi ſervare tenentur Statuta a provincialibus Conciliis edita.

Girald. ad Thæſaur. de Pœn. Eccleſ. par. 2. cap. 1. Verb. Ceſſationem.

(5) Nota, quod *ceſſationem a Divinis* indicere poſſunt Capitula, Collegia, vel Conventus Secularium, vel Regularium Eccleſiarum.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 39. n. 102.

[6] Sciendum, quod aliquando propter gravem aliquam injuriam Eccleſiæ illatam ceſſari poteſt a Divinis.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Ceſſatio a Divinis.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 1. eod. Verb.

CA.

Digitized by Google

CAPIT. SECUNDUM.

GRavis ad nos Prælatorum quærela perduxit, quod nobiles quidam Domini temporales (terris eorum Eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto) nedum in locorum ſuorum Cappellis, ſed & in Collegiatis, & aliis inſignium locorum Eccleſiis Miſſas, & alia Divina Officia publice, & ſolemniter faciunt celebrari. Ad officia eadem celebranda nunc hos, nunc illos vocantes, & interdum (quod eſt deterius compellentes;) hiſque non contenti exceſſibus, per Campanarum non ſolum pulſationem, ſed & voce præconia (1) populos etiam interdictos ut (interdicti non obſtante ſententia) ad audiendas Miſſas hujuſmodi veniant, faciunt evocari. (2) Nonnulli quoque ipſorum ſuis plerumque ſubjectis, ne (licet excommunicationis, vel interdicti ſententia publice ſint innodati) de Eccleſiis, dum in ipſis Miſſarum celebrantur ſolemnia inſtantibus etiam celebrantibus exeant præcipere non verentur: Ex quo frequenter contingit, quod non ſine Dei offenſa, Clerique, ac populi ſcandala ipſa Miſſarum Solemnia remanent inexpleta.

Ne igitur exceſſus ſic graves excedentium impunitate trahantur ab aliis in exemplum præſumptores præfatos, qui locis interdicto ſuppoſitis quemquam de cætero divina celebrare officia quomodolibet cogere: Aut qui modo proedicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præſertim, vel interdicti ligatos ſententiam revocare: Seu qui & excommunicati publice, aut interdicti de Eccleſiis, dum in ipſis Miſſarum aguntur ſolemnia, a celebrantibus moniti, ut exeant (3), prohibere: Nec non excommunicatos publice, & interdictos, qui in ipſis Eccleſiis nominatim a celebrantibus, ut exeant moniti, remanere præſumpſerint (4): excommunicationis ſententia (a qua per Sedem dumtaxat Apo-

Apoſtolicam poſſint abſolvi) ſacro approbante concilio innodamus.

(1) Nota duos eſſe modos convocandi populum, alterum nempe per Campanarum pulſationem, alterum vero voce præconia.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina ſub n. 1. Verb. Tertio.

(2) In vim Decreti hujus Concilii Domini temporales cogentes aliquos in locis interdictis celebrare divina, aut qui per præcones vel Campanarum ſonitum, aut clangorem Tubicinis faciunt ad illa audienda populum evocari excommunicationem Pontifici reſervatam incurrunt.

Cabaſſut. Notit. Eccleſ. Hiſtor. Concil. pag. 492. n. 18.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 39. n. 109.

Ferrar. Bibliothec. Canon. Verb. Excommunicatio artic. 3. n. 1. contra Dominos temporales.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 38. n. 16.

Romaguer ad Conſtit. Synod. Gerund. lib. 5. tit. 9. cap. 12. n. 24.

(3) Excommunicatione pariter Papæ reſervata afficiuntur iidem Domini temporales, qui prohibent ne publice excommunicati vel interdicti per eos, qui Miſſas celebrant moniti Eccleſiis exeant.

Cabaſſut. in loc. ſupra citat.

Piaſec. prax. Epiſcop. Cap. 1. n. 12. pag. 88.

Sayr. de Cenſur. lib. 3. cap. 29. n. 42.

Theſaur. de Pæn. Eccleſ. Verb. Cenſura par. 2. cap. 10.

(4) Item eadem excommunicatione ligantur ipſi excommunicati, & interdicti, qui perſiſtere inibi præſumunt poſt admonitionem.

Gerald. ad Theſaur. de Pæn. Eccleſ. Par. 2. cap. 10. Verb. Cenſura.

Paſtor de Benef. Eccleſ. lib. 3. tit. 38. in notis *lit. D.*

Suarez de Cenſur. diſ. 22. ſect. 4. n. 33.

Engel in Jus Canon. lib. 5. tit. 39. n. 58.

Antonel. de loc. legal. lib. 1. cap. 10. quæſt. 5. n. 41.

Ventrigl. in Prax. For. Eccleſ. tom. 2. annotat. 22. §. unic. n. 40.

Animadvertendum, quod ad hoc ut excommunicatus debeat vigore hujus Viennenſis Conſtitutionis ab aliis repelli, evitari, & ut talis tractari opus eſt ſententia declaratoria Judicis declarantis, eum eſſe a jure excommunicatum.

Felin. in Cap. Rodulphus de Reſcript. n. 39. Col. 905. part. 1.

Piaſec. in prax. Epiſcop. par. 2. cap. 4. n. 86. pag. 285.

CAPIT. TERTIUM.

CUm ex eo quod Religioſi Viri fratres Minores in ſuis recipiunt Eccleſiis ad audienda Divina Officia tempore interdicti Fratres, & Sorores de Ordine tertio (quem Beatus Franciſcus inſtituit) exiſtentes, qui continentes, ſeu de poenitentia vocantur (1), ſcandalum aliorum, qui ab his excluduntur, melioribus generetur, cenſura vileſcat Eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur: eiſdem fratribus minoribus diſtrictius inhibemus ne de cætero aliquem, vel aliquos proedictorum (etiamſi ſuper hoc hi, vel illi privilegiis quibuſcumque muniti extiterint quae ipſis in nullo prorſus quo ad hoc volumus ſuffragari) ad Divina in ſuis Eccleſiis tempore interdicti quoquo modo admittant. Quod ſi fecerint, eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſe noverint ſubjacere: (2) a qua per alium, quam per Romanum Pontificem, vel ſatisfactione proemiſſa per locorum Epiſcopos (quos auctoritate Apoſtolica fungi volumus in hac parte) abſolutionis beneficium neque antea obtinere.

(1) Scitu dignum, quod tempore naſcentis Religionis Seraphici S. Franciſci, tres ab eodem emanarunt diſtincti Ordines; quorum alter fuit Maſculorum, qui omnia profitentur ſubſtantialia religionis cujuslibet, & iſte eſt ſtrictiſſimus, & inſtitutus anno 1208. Alter fuit Mulierum anno 1212. inſtitutus ſub Vexillo S. Claræ, quæ licet illa ſubſtantialia profiteantur; differunt tamen ab eodem, quia iſtæ habent proprium in communi, quod non habet alter Minorum Ordo. Tertius denique fuit *Pœnitentium*, qui ſubinde extitit nuncupatus tertius Ordo inſtitutus anno 1221. & eſt maſculis, & fœminis comunis, in quo exiſtentes promittunt Obedientiam, & quamdam habent regulam non proprie quod tria ſubſtantialia, ſed quemdam vivendi modum per Sedem Apoſtolicam approbatum.

Abbas Panormitanus ſuper Clementina *Cum de quibuſdam* n.1.

Ferrar. Bibliothec. Canon. art. 5. tit.

5. tit. Religiones Regular. n. 4. 13. & 14.

Rota in recent. deciſ. 577. n. 1. part. 5. tom. 2.

(2) Nota, quod Sacra Vienneuſis Synodus ſollicitudinem geſſit, ne Fratres Minores tempore interdicti admitterent fratres, & Sorores tertii Ordinis ad divina ſub excommunicationis pœna Papæ reſervata.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Fratres S. Franciſci.

Paravin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verb.

Hujuſmodi vero Conſtitutio Viennenſis hodie locum non habet, ex quo Sixtus IV. Conſtitutione *6. Regimini*, quæ dicitur Mare *magnum*, inter cætera, quæ Fratribus minoribus conceſſit privilegia, hoc tributum legitur, quod nempe tempore interdicti poſſint ipſi januis clauſis miſſas, & Divina celebrare, & ad ea tertianos de Pænitentia admittere.

Lauræa in loc. ſupra citat.

CAPIT. QUARTUM.

SI Summus Pontifex ſcienter etiam excommunicatum participet litteris, verbo, vel oſculo, ſeu alio quovis modo: ipſum per hoc abſolvere nulla ratione cenſetur (1) niſi ſe velle forſitan exprimat illum ex hoc pro abſoluto haberi.

Similiter quoque ſi quem ſub titulo cujuslibet dignitatis ex certa etiam ſcientia verbo conſtitutione, vel litteris nominet, honoret, ſeu quovis alio modo tractet, per hoc in dignitate illa ipſum approbare non intelligitur, aut quicquam ei tribuere novi juris [2].

(1) Nota, quod ſi Papa ſuis in litteris ſeu alio quovis modo excommunicatum ſalutat, non propter hoc ipſum abſolvere cenſetur.

Felin. ſuper Decretal. lib. 5. tit. 39. cap. 41. n. 1. de Sentent. Excom.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina pariter n. 1.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Papæ proprietates.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 3. eod. Verb.

[2] Similiter ſi aliquem ſub alicujus dignitatis titulo verbo conſtituat, vel literis nominet, honores, ſeu quovis alio modo tractet, talem ei non tribuit dignitatem.

Fagnan. in Cap. Quod Prædeceſſore n. 118. de Schiſmatic.

De Ponte conſil. 57. n. 42. tom. 1.

Decian. reſp.7. n.26. vol.3., & reſp. 93. n. 8. vol. 5.

Fabius de Anna conſil. 44. n. 30. tom. 1.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. §. Similiter n.1.

Lap. allegat. 67. n. 1.

Nota, quod licet quis in aliqua diſpoſitione ſub aliqua nominetur dignitate, quam non habet, non tamen propterea ſit probatio ſuper hoc.

Fagnan. in d. Cap. Quod à Prædeceſſore n. 123.

Rota deciſ. 214. n. 20. tom.2. coram Card. Creſcentio.

TITULUS XI.

De Verborum Significatione.

CAPIT. PRIMUM.

EXivi de Paradiſo, dixi rigabo hortum plantationum, ait ille cæleſtis Agricola, qui vere fons ſapientiæ Verbum Dei, a Patre in Patre manens, genitum ab æterno noviſſe diebus iſtis (fabricante Sancto Spiritu) in utero Virginis Caro factum, exivit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum: exemplar ſe dando cæleſtis vitæ præbenſque hominibus ſemetipſum. Verum quia plerumque mortalis vitæ ſollicitudinibus preſſus homo mentis aſpectum ab exemplaris hujuſmodi intuitu divertebat: verſus noſter Salomon in Solio militantis Eccleſiæ hortum voluptatis inter cæteros quemdam fecit a procelloſis Mundi fluctibus elongatum, in quo quietius, & ſecurius vacaretur contemplandis, ſervandis quæ hujuſmodi operibus exemplaris in hunc Mundum introivit ipſe, ut rigaret ipſum fecundis aquis ſpiritualis gratiæ, & doctrinæ. Hic hortus ſiquidem eſt Fratrum Minorum Sancta Religio, quæ muris regularis firmiter undique circumcluſa intra ſe ſo-

ſe ſolo contenta Deo adornatur abunde novellis plantationibus Filiorum. Ad hanc veniens dilectus Dei Filius mortificantis pœnitentiæ mirrham metit cum aromatibus, quæ ſuavitate mera univerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circumfundunt. Hæc eſt illa cœleſtis vitæ forma, & regula, quam deſcripſit ille Confeſſor Chriſti eximius Sanctus Franciſcus: ac ſervandam a ſuis filii verbo docuit pariter & exemplo.

Quia vero dictæ Sanctæ Regulæ profeſſores, ac æmulatores devote, ut & Alumni, & veri filii tanti Patris affectabant, ſicut & frequenter affectant ad purum, & ad plenum præmiſſam regulam firmiter obſervare: Attendentes quædam, quæ dubium poterant afferre, ſenſum in ipſius regulæ ſerie contineri pro ipſorum declaratione habenda recurrerunt prudenter olim ad apicem Apoſtolicæ Dignitatis, ut certificati per ipſam, cujus pedibus etiam per ipſam regulam ſunt ſubjecti, poſſent Domino (pulſis cunctis dubiis) cum plena charitatæ conſcientiæ deſervire. Horum autem piis, ac juſtis ſupplicationibus plures Prædeceſſores Noſtri Romani Pontifices ſucceſſive (ſicut dignum erat) applicantes aures, & animam declaraverunt ea, quae dubia videbantur: ediderunt nonnulla, & aliqua conceſſerunt, ſicut expedire videbant fratrum conſcientiis, ac puræ obſervantiæ ſtatus requirere. Verum quia plerumque ubi culpa non eſt, eam timere ſolent conſcientiæ timoratæ, quæ via Dei quodcumque devium expaveſcunt, non ſunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium fratrum conſcientiæ quietatæ, quin circa aliqua ad regulam, ipſorumque ſtatum pertinentia, dubitationum in ipſis fluctus aliqui generentur, & oriantur, ſicut ad aures noſtras pluries, & de quam pluribus in publicis, & privatis conſiſtoriis eſt parlatum. Quapropter per ipſos Fratres nobis extitit humiliter ſupplicatum, quatenus prædictis dubiis, quæ occurrerunt, & quæ poſſunt occurrere

currere in futurum adhibere opportuna declarationis remedia, de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus.

Hos igitur (cujus animus ab ætate tenera pia devotione efferbuit ad hujuſmodi profeſſores regulæ, & ad ordinem ipſum totum: nunc autem ex communi curæ paſtoralis regiminis, quam immeriti ſuſtinemus, ad ipſos fovendos dulcius, & attentius gratioſis favoribus proſequendos tanto provocamur ardentius, quanto frequentius intenta mente revolvimus fructus uberes, quos ex eorum exemplaritate, & ſalutari doctrina toti univerſali eccleſiæ continuo cernimus provenire) tam pia ſupplicantium intentione commoti, ad peragendum diligenter quod petitur, ſtudia noſtra duximus convertenda: ipſaque dubia per plures Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & in Theologia Magiſtros, & alios litteratos providos, & diſcretos examinari fecimus diligenter.

Cum igitur in primis ex eo quod in dictæ Regulæ principio habetur: Regula, & Vita Fratrum Minorum hæc eſt: ſcilicet Domini Noſtri Jeſu Chriſti Sanctum Evangelium obſervare in obedientia vivendo ſine proprio, & caſtitate. Item infra. Finito vero anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & regulam obſervare. Item circa finem Regulæ: Paupertatem, & humilitatem, & Sanctum Evangelium Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quod firmiter promiſſimus, obſervemus. Fuit hæſitatum, an Fratres ejuſdem Ordinis ad omnia tam præcepta, quam conſilia Evangelii ex profeſſione ſuæ regulæ teneantur: Quibuſdam dicentibus, quod ad omnia: Aliis autem aſſerentibus, quod ad ſola tria illa conſilia, videlicet vivere in obedientia, in caſtitate, & ſine proprio, & ad ea, quæ ſub verbis obligatoriis ponuntur in regula obligantur. Nos circa hunc articulum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ipſumque articulum,

quoad

Digitized by Google

quoad aliquid clarius proſequentes, dictæ hæſitationi duximus reſpondendum: quod cum votum determinatum cujuslibet habeat cadere ſub certo, vovens regulam non poteſt dici teneri ex vi voti hujuſmodi ad ea conſilia Evangelica, quæ in regula non ponuntur. Et quidem B. Franciſci conditoris regulæ hæc probatur fuiſſe intentio, ex hoc, quod quædam Evangelica conſilia in regula poſuit, aliis prætermiſſis. Si enim per illud verbum: Regula, & vita Fratrum Minorum hæc eſt, & cætera intendiſſent eos ad omnia conſilia Evangelica obligare, ſuperflue, & nugatorie quædam eorum, ſuppreſſis cæteris, in regula expreſſiſſet. Cum autem natura termini reſtrictivi hoc habeat, quod hic excludit ab ipſo extranea, quod cuncta ad ipſum pertinentia concludit: Declaramus, & dicimus, quod dicti Fratres non ſolum ad illa tria vota nude, & abſolute accepta ex profeſſione ſuæ regulæ obligantur, ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda quæ ſunt pertinentia ad hæc tria prædicta quæ Regula ipſa ponit nam ſi ad hæ tria prædicta tantum præciſe, & nude promitentes ſe ſervare regulam vivendo in obedientia, caſtitate, & ſine proprio, & non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hæc tria modificant, arctarentur; pro nihilo, & varie proferrentur hæc verba: Promitto ſemper hanc regulam obſervare: ex quo ex his verbis nulla obligatio naſceretur. Hoc tamen putandum eſt, quod B. Franciſcus profeſſores hujus regulæ, quantum ad omnia contenta in regula modificantia tria vota, ſeu ad alia in ipſa expreſſa intenderit æqualiter eſſe obligatos; quin potius aperte diſcrevit, quod quo ad hæc quædam alia non: cum ad quædam ipſorum verbum apponant præcepti, vel equipollentis eidem, & quoad aliqua verbis aliis ſit contentus.

Item quia præterea, quæ expreſſe verbo præcepti, ac exhortationis, ſeu monitionis ponuntur in regula:

non-

Digitized by Google

nonnulla verbo imperativi modi negative, vel affirmative appoſito inſeruntur, hactenus extitit dubitatum, an tenerentur ad iſta, ut ad habentia vim præcepti. Et quia ut intelleximus, non minuitur hoc dubium, ſed augetur ex eo, quod fælic. recordat. NICOLAUS PAPA III. prædeceſſor noſter noſcitur declaraſſe, quod Fratres ipſi ex profeſſione ſuæ regulæ ſunt adſtricti ad ea conſilia Evangelica, quæ in ipſa regula præceptorie, vel inhibitorie, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur, & nihilominus ad eorum omnium obſervantiam, quæ ipſis in eadem regula ſub verbis obligatoriis (1) inducuntur; ſupplicaverunt prædicti fratres, ut ad ipſorum conſcientias ſervandas declarare quæ horum cenſeri debeant præceptis equipollentia, ac obligatoria dignaremur. Nos itaque, qui in ſinceris horum conſcientiis delectamur, attendentes, quod in his, quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos graves remorſus conſcientiæ pars ſecunda eſt tenenda: dicimus quod licet fratres non ad omnium, quæ ſub verbis imperativi modi diſponuntur in regula, ſicut ad præceptorum ſeu præceptis equipollentium obſervantiam teneántur: Expedit tamen ipſis fratribus ad obſervandam puritatem regulæ, & rigorem, quod ad ea ſicut ad equipollentia præceptis ſe noverint obligatos, quæ hic inferius adnotantur. Ut autem hæc, quæ videri poſſunt equipollentia præceptis ex vi verbi, vel ſaltem ratione materiæ, de qua agitur, ſeu ex utroque ſub compendio habeantur: Declaramus, quod illud, quod ponitur in regula de non habendo tunicas, quâm unam cum caputio, & aliam ſine caputio: itèm de non portandis calceamentis, & de non equitando extra caſum neceſſitatis: itèm quod Fratres vilibus induantur: item quod jejunare a Feſto omnium Sanctorum uſque ad Natale Domini, & in ſextis feriis teneantur: item quod Clerici faciant Divinum Officium

ficium ſecundum ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: item quod Miniſtri, & Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & pro fratribus induendis ſollicitam curam gerant: item quod ſi quis Fratrum in infirmitatem ceciderit, alii Fratres debent ei ſervire: item quod Fratres non prædicent in Epiſcopatu alicujus Epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum: item quod nullus audeat pœnitus populo prædicare, niſi a Generali Miniſtro, vel aliis, quibus ſecundum declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, & ad hoc inſtitutus. Item quo Fratres, qui cognoſcerent, ſe non poſſe præmiſſam regulam ſpecialiter obſervare, debeant, & poſſint ad ſuos Miniſtros recurrere: item quod omnia, quæ ponuntur in regula ad formam habitus tâm Novitiorum, quâm etiam Profeſſorum; necnon ad receptionis modum, ac profeſſionem ſpectantia, niſi recipientibus quoad habitum novitiorum (ſicut dicit regula) ſecundum Deum alitèr videatur: Hæc, inquam, omnia ſunt à Fratribus tamquam obligatoria obſervanda: item ordo communitèr ſentiit, tenet, & tenuit ab antiquo, quod ubicumque ponitur in regula hoc vocabulum teneantur (2), obtinet vim præcepti, & obſervari debet à Fratribus ſicut tale.

Cæterùm quia Chriſti Confeſſor prædictus agendorum, ac ſervandorum circa recipiendos ad ordinem Miniſtris, & fratribus modum præbens, dixit in regula, quod caveant fratres, & eorum Miniſtri, ne ſint ſolliciti de rebus ſuis temporalibus, ut liberè faciant de eis quicquid ipſis a Domino fuerit inſpiratum: licentiam tamen habeant ipſi Miniſtri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, ſi conſilium requiratur, quorum conſilio ſua bona pauperibus erogentur: Dubitaverunt & dubitant multi fratrum, an liceat ipſis de bonis ingredientium quicquam recipere, ſi donetur. Et ſi ad dandum

perſonis, & conventionibus poſſint eos inducere ſine culpa: ſi etiam ad diſponendum de deſtri butione rerum talium debeant ipſi Miniſtri, ſeu Fratres dare conſilium ad conſulendum, alii quam ex ipſis, ad quos ingreſſuri mittantur, poſſint idonei inveniri. Nos autem conſiderantes attentè intendiſſe S. Franciſcum ſuæ Regulæ profeſſores, quos fundaverat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rèrum ipſorum ingredientium per dicta verba ſpecialiter, & totaliter elongare, ut quantum eſt ex parte fratrum ipſorum, receptio ad Ordinem Sancta, & puriſſima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, ſed ad ipſos tantùm Divino ſervitio mancipandos: Dicimus de cætero debere tàm Miniſtros, quàm Fratres cæteros dictis inductionibus ad ſibi dandum, & ſuaſionibus, necnon & dandis circa diſtributionem conſilius abſtinere, cum per hoc ad timentes Deum ſtatus alterius mitti debeant, non ad fratres: ut verè cunctis pateant eſſe tam ſalubris inſtituti paterni ſtudioſi Zelatores ſeduli, & perfecti. Cum vero facere de rebus ſuis, quod Dominus inſpirabit (3), ipſamet regula ingredientibus liberum velit eſſe non videtur quin liceat eis recipere, conſideratis ſcilicèt eorum neceſſitatibus, & moderaminibus declarationis jam dictæ, ſi quid de bonis ſuis intrans ſicut, & cæteris pauperibus per modum eleemoſinæ liberè velit dare (5).

Cavere tamen in acceptatione oblatorum talium decet Fratres, ne ex receptorum quantitate notabili, præſumi poſſit ſiniſter oculus contra ipſos.

Prætereà cum dicatur in regula, quod illi, qui jam promiſerunt obedientiam, habeant unicam tunicam cum caputio, & aliam ſinè caputio, qui habere voluerint: item quod Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: Noſque prædicta verba declaraverimus æquipollere

pollere præceptis: Volentes hæc determinari pleniùs, dicimus quantum ad numerum tunicarum, quòd pluribus uti non licet [6], niſi in neceſſitatibus, quæ haberi poſſunt ex regula, ſecundum quod hunc paſſum mæmoratus prædeceſſor noſter pleniùs declaravit. Vilitatem autem veſtium tàm habitus, quàm interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, que ſecundum conſuetudinem, vel conditionem Patriæ debeat quantum ad colorem panni, & prætium, vilitas meritò reputari: non enim quoad regiones omnes poteſt determinatus unus modus in talibus aſſignari. Hujuſmodi etiam vilitatis judicium Miniſtris, & Cuſtodibus, ſeu Guardianis duximus committendum (7), eorum ſuper hoc conſcientias onerantes: ita tamen quod ſervent in veſtibus vilitatem. Quorum etiam Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorum judicio eodem modo relinquimus, pro qua neceſſitate poſſint ipſi fratres calceamenta portare.

Deindè cum duobus temporibus annotatis in regula, ſcilicet de feſto omnium Sanctorum uſque ad Nativitatem Domini, & maximè Quadrageſimæ, in quibus jejunare tenentur, inferatur in eadem regula: Aliis autèm temporibus non teneantur, niſi ſexta (8) feria jejunare: & ex hoc voluerunt aliqui dicere, quod dicti Ordinis Fratres non tenentur niſi ex concedentia ad alia jejunia, quàm ad iſta: Declaramus debere intelligi eos non teneri ad jejunium aliis temporibus, præterquam in jejuniis ab Eccleſia (9) conſtitutis: non eſt enim veriſimile, quod vel Inſtitutor regulæ, vel etiam confirmator abſolvere ipſos intenderit a ſervandis illis jejuniis, ad quæ de communi ſtatuto Eccleſiæ obligantur cæteri Chriſtiani. Porrò cum dictus Sanctus volens fratres ſuos ſuper omnia a denariis, ſeu pecunia eſſe totaliter alienos, præcepit firmitèr fratribus univerſis, ut nullo mo-

Digitized by Google

do denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam: iſtumque articulum declarans idem prædeceſſor noſter, caſus, modos poſuerit, quibus ſervatis a fratribus non poſſint dici, nec debent per ſe, vel per alium pecuniæ receptatores contra regulam, vel ſui ordinis puritatem: Dicimus Fratres teneri cavere ſummoperè, quod pro aliis cauſis, & ſub modis aliis, quos ponat dicti prædeceſſoris noſtri declaratio ad dantes pecunias, ſive deputatos nuncios non recurrant: ne (ſi ſecùs ab ipſis attentatum fuerit) tranſgreſſores præcepti, & regulæ meritò poſſint dici: nàm ubi aliquid alicui generalitèr prohibetur, quod expreſsè non conceditur, intelligitur denegatum [10].

Quocirca quæſtus omnes pecuniæ, ac oblationum, pecuniarum receptio in Eccleſia, vel alibi, cippi, vel trunci ordinati ad offerentium, ſeu donantium pecunias reponendas (11): necnon & quicumque recurſus alius ad pecunias, ſeu habentes ipſas, quibus per declarationem prædictam non conceditur: hæc inquam, omnia ſunt eis ſimplicitèr interdicta. Cum enim recurſus ad amicos ſpeciales expreſsè tantùm in duobus caſibus ſecundum regulam concedatur (12): videlicet pro neceſſitatibus infirmorum, & pro fratribus induendis: idque piè, & rationabilitèr conſiderata neceſſitate vitæ ad alias neceſſitates fratrum pro tempore occurrentes, ceſſantibus eleemoſinis, ſeu etiam ingruentes ſæpedictus prædeceſſor noſter duxerit extendendum: Attendant fratres præfati, quod pro nullis cauſis aliis, quam prædictis, vel ſimilibus, in via, vel alibi recurrere licet eis ad amicos hujuſmodi (13), ſivè ſint dantes pecunias, ſeu deputati per ipſos, ſive Nuncii, vel Depoſitarii, ſeu alio quovis nomine appellentur: etiamſi conceſſi per eamdem declarationem modi circa pecunias integrè ſervarentur. Deniquè cum idem Confeſſor ſumme affectaverit ſuæ regulæ

gulæ profeſſores totalitèr eſſe abſtractos ab effectu, & deſiderio terrenorum, & ſpecialitèr a pecunia, & ejus uſus totaliter ineſpertos (13), ſicut probat prohibitio de recipienda pecunia in regula ſæpiùs repetita: Curare Fratres vigilantèr neceſſe eſt, quod cum ex cauſis prædictis, & modis ad habentes pecunias deputatus pro ipſorum neceſſitatibus recurrere oportebit ad tenentes ipſas quicumque hi fuerint principales, vel Nuntii in omnibus ſic ſe gerant, quod ſe cunctis oſtendant in dictis pecuniis (ſicut nec habent) pœnitùs nil habere. Quapropter præcipere quod, & qualitèr pecunia expendatur, computumque exigere de expenſa, eam quomodocumque repetere, ſive deponere, aut deponi facere capſulam pecuniæ, vel ejus clavem deferre, hos actus, & conſimiles ſibi fratres illicitos eſſe ſciant (15). Prædicta enim facere ad ſolos dominos pertinet, qui dederunt, & eos, quos ipſi deputaverunt ad hoc ipſum.

Proindè cum vir Sanctus paupertatis præmiſſæ in regula modum exprimens dixerit in eadem: Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſed tamquam peregrini, & advenæ in hoc ſæculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes vadant pro eleemoſina confidentèr: Sicque declaratum extitit per nonnullos Prædeceſſores Noſtros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tàm in ſpeciali, quàm etiam in communi, propter quod & rerum omnium conceſſarum, oblatarum, & donatarum fratribus (quas, & quarum uſum facti, ſcilicèt ordini, vel ipſius fratribus licèt habere) proprietatem, & dominium in ſe, & Romana Eccleſia receperunt, dimiſſo ipſis fratribus in eis tantumodo uſu facti ſimplicis. Ad noſtrum fuerunt deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, & videbantur pro edicto voto, & puritati Ordinis repugnari: videlicet ut ea proſequamur ex ipſis,

quæ

quæ remedio credimus indigere, quod ſe inſtitui hæredes non ſolùm ſuſtinent, ſed procurant: item quod redditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quod Conventus habentes totalitèr indè vivunt. Item quod ipſorum negotia etiam pro rebus temporalibus in Curiis agitantur, aſſiſtunt, Advocatis, & procuratoribus, & ad inveſtigandum eoſdem ſe ibidem perſonaliter repreſentant: Itèm quod executiones ultimarum ſuſcipiunt voluntatum, & gerunt, ſeque intromittunt, quandoque de uſurarum, vel malè oblatorum diſpoſitionibus, ſeu reſtitutionibus faciendis: Item quod alicubi non ſolum exceſſivos hortos; ſed etiam Vineas magnas habeant, de quibus tam de Oleribus, quam de vino multo colligitur ad vendedum: Item quod temporibus Meſſium, vel vindemiarum ſic copioſe granum, & vinum mendicando, vel aliunde emendo colliguntur a fratribus & in Cellariis,& granariis reconduntur, quod per anni reſiduum, & abſque eorum mendicatione poſſunt tranſigere vitam ſuam: Item quod Eccleſias, vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate, & curioſitate figuræ, & formæ, ac ſumptuoſitate notabiliter exceſſiva, ſic quod non videntur habitacula pauperum, ſed Magnatum. Paramenta etiam Eccleſiaſtica in pleriſque locis tam multo habent, & tam notabiliter prætioſa, quod excedunt in his magnas Eccleſias Cathedrales: Equos inſuper, & armas eis oblata in funeralibus recipiunt indiſtincte: tamen communitas Fratrum, & ſpecialiter rectores ipſius ordinis aſſerebant, quod prædicta, ſeu plura ex ipſis in ordine non fiebant, quod & ſi qui reperiuntur rei in talibus rigide puniuntur; nec non contra talia ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in ordine multum ſtricta. Cupientes igitur nos ipſorum fratrum providere conſcientiis, & cuncta dubia (quantum poſſibile nobis eſt) de ipſorum pectoribus removere

ad

ad prædicta, modo, qui ſequitur reſpondemus. Cum enim ad veritatem vitæ pertineat, ut id quod exterius agitur, interioris mentem, diſpoſitionem, & habitum repreſentet; neceſſe habent Fratres, qui de expropriatione tanta a temporalibus abſtraxerunt ab omni eo, quod dictæ expropriationi eſſet, vel poſſet videri contrarium, abſtinere. Quia igitur in Succeſſionibus tranſit non ſolum uſus rei, ſed & dominium ſuo tempore in hæredes: fratres autem præfati nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum Ordini poſſunt etiam in communi (16) declarando dicimus, quod Succeſſionum hujuſmodi, quæ etiam ex ſui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia ſe extendunt (conſiderata ſui puritate Voti) nullatenus ſunt capaces. (17) Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantum earum partem, quod præſumi poſſet hoc in fraudem fieri, (18) quaſi ſub modo, & forma legati ſibi demitti facere, vel ſic demiſſa recipere: quia potius iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus. Cumque annui reditus inter immobilia ceſeantur a jure, ac hujuſmodi redditus obtinere paupertati, & mendicitati repugnat nulla dubitatio eſt, quod prædicti fratribus redditus quoſcunque, (19) ſicut & (20) poſſeſſiones, vel earum etiam uſum, cum eis non reperiatur conceſſus, recipere, vel habere (conditione conſiderata ipſorum) non licet. Amplius cum non ſolum quod malum eſſe dignoſcitur, ſed & omne quod ſpeciem habet mali, ſit a Viris perfectis ſpecialiter evitandum: Ex talibus autem aſſiſtentiis in Curiis, & inſtigationibus, cum de rebus agitur in ipſorum commoda convertendis, creduntur veriſimiliter ex his, quæ foris patent (de quibus habent homines foris judicare) in ipſis rebus fratres aſſiſtentes aliquid quærere tamquam ſuum: nullo modo debent hujuſmodi Voti, & regulæ profeſſores ſe talibus curiis,

riis, & litigioſis actibus immiſcere: (21) ut & teſtimonium habent ab his, qui foris ſunt, & puritati ſatisfaciant Voti ſui, ac evitetur per hoc ſcandalum proximorum: verum etiam cum dicti Ordinis fratres non ſolum a receptione, proprietate, dominio, ſive uſu ipſius pecuniæ, verum etiam a contrectatione qualibet ipſius, & ab ea ſint penitus alieni, quemadmodum ſæpe dictus Prædeceſſor noſter in declaratione hujuſmodi regulæ plene dixit: Cumque dicti Ordinis profeſſores pro nulla re temporali poſſunt in judicio (22) experiri, prædictis Fratribus non licet, nec competit, quin potius conſiderata ſui puritate ſtatus, debent ſibi ſcire interdictum, quod hujuſmodi executionibus, & diſpoſitionibus [23] ſe exponant, cum hæc ſepius ubique litigio, & contrectatione, vel adminiſtratione pecuniæ nequeant expediri. Verumtamen in his exequendi dari conſilium ipſorum ſtatuti non abſiſtit, cum ex hoc ipſis circa bona temporalia nulla juriſdictio, ſive actio in judicio ſive diſpenſatio tribuatur.

Licet vero non ſolum ſit licitum, ſed multum conveniens rationi, quod fratres, qui in laboribus ſpiritualibus orationibus, & ſtudio ſedulo occupantur, hortos, & areas habeant competentes ad recollectionem, vel recreationem ſui, & interdum ad ſe ipſos poſt labores hujuſmodi corporaliter deducendos, nec non ad habendum neceſſaria hortalitia pro ſe ipſis: habere tamen hortos aliquos ut colantur, ac olera, & alia hortalitia prætio diſtrahantur (24), nec non & vineas repugnat ſuæ regulæ, & ordinis puritati, ſecundum quod dictus prædeceſſor declaravit, ac etiam ordinavit: quod ſi talia ad uſus proxime dictos, ut puta agrum, & Vineam ad colendum (25), & conſimilia fratribus legarentur, per omnem modum fratres a receptione talium abſtinerent, cum etiam præmiſſa habere, ut prætium fructuum ſuis

ſuis temporibus habeatur, ad naturam, & formam proventuum appropinquet. Rurſus cum prædictus Sanctus tam in exempſis vitæ, quam in verbis regulæ oſtenderit ſe velle, quod fratres ſui, & filii Divinæ providentiæ innitentes, ſuos in Deum jacecrent cogitatus, qui volucres Cæli poſuit, quæ non congregant in horrea, nec ſeminant, nec metunt: non eſt veriſimile voluiſſe ipſum eos habere granaria, vel Cellaria, (26) ubi quotidianis mendicationibus debere ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam.

Et idcirco non ex timore levi relaxare ſe debent ad congregationes,& conſervationes hujuſmodi faciendas: ſed tunc tantum, cum eſſet multum credibile ex jam expertis, quod non poſſint vitæ neceſſaria aliter invenire. Hoc autem Miniſtrorum, & Cuſtodum ſimul, & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus, & cuſtodiis cum Guardiani, & duorum de conſenſu loci diſcretorum Sacerdotum & antiquorum in ordine fratrum conſilio, & aſſenſu duximus judicio (27) relinquendum, eorum ſuper hoc ſpecialiter conſcentias onerantes. Hinc eſt etiam, quod cum Vir Sanctus fratres ſuos in paupertate ſumma, ac humilitate fundare voluerit, quoad effectum pariter, & affectum, ſicut fere regula tota clamat, convenit ipſis, quod nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri ſuſtineant Eccleſias, vel alia quaecumque Ædificia, quæ (conſiderato fratrum inhabitantium numero) exceſſiva in multitudine, & magnitudine debeant reputari. Ideoque volumus, quod ubique ex ſuo ordine deinceps temperatis, & humilibus Ædificiis ſint contenti,(28) ne huic tantæ pauperati promiſſæ, quod patet oculis contrarium foris clamet.

Quamvis etiam Paramenta, & Vaſa Eccleſiaſtica ad honorem Divini Nominis ordinentur, propter quem omnia fecit ipſe Deus: tamen quia abſconditorum eſt

cognitor, ad omnium ſibi miniſtrantium reſpicit principaliter, non ad manum: nec per illas ſibi vult ſerviri, quæ ſuorum Servitorum conditioni, & ſtatui diſſonarent: propter quod ſufficere debent eis Vaſa, & paramenta Eccleſiaſtica decentia in (29) numero & in magnitudine ſufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia prætioſitas, ſeu quæcumque curioſitas in his, ſeu aliis quibuſcumque, non poteſt ipſorum profeſſioni, vel ſtatuit convenire. Cum enim hæc ſapiant theſaurizationem, ſeu copiam, paupertati tantæ quoad humanum judicium derogant manifeſte. Quapropter præmiſſa ſervari a fratribus volumus, & mandamus.

Circa equorum vero & armorum oblatione, illud decernimus in omnibus,& per omnia obſervandum:quod per declarationem prædictam in pecuniariis noſcitur eleemoſinis definitum. Ex pręmiſſis autem ſuccrevit non parum ſcrupuloſa quęſtio inter fratres: videlicet utrum ex ſuæ profeſſione regulæ obligentur ad arctum, & tenuem, ſive pauperem uſum verum: quibuſdam ex ipſis credentibus, & dicentibus, quod ſicut quoad dominium rerum habent ex Voto abdicationem arctiſſimam, ita ipſis quoad uſum arctitudo maxima, & exilitas eſt indicta: Aliis in contrarium aſſerentibus, quod ex profeſſione ſua ad nullum uſum pauperem, qui non exprimatur in regula obligantur, licet teneantur ad uſum moderatum temperantiæ ſicut & magis ex condecenti, quam cęteri Chriſtani.

Volentes itaque conſcientiarum prædictorum fratrum providere quieti, & his altercationibus finem dare, declarando dicimus, quod fratres Minores ex profeſſione ſuæ regulę ſpecialiter obligantur ad arctos, uſus, ſeu pauperes qui in ipſorum regula continentur: & eo obligationis modo, ſub quo continent, ſeu ponit regula dictos uſus.

Di-

Dicere autem, ſicut aliqui aſſerere perhibentur, quod hæreticum ſit tenere, uſum pauperem includi, vel non includi ſub voto paupertatis Evangelicæ, præſumptuoſum, & temerarium judicamus.

Demùm quia ex eo quod dicta regula per quos, & ubi fieri debeat Miniſtri Generalis electio tradens nullam facit de Miniſtrorum Provincialium electione, vel inſtitutione pænitùs mentionem, oriri ſuper hoc poterat dubitatio inter fratres: nos volentes poſſe ipſos clarè, ac ſecurè procedere in omnibus factis ſuis: Declaramus, ſtatuimus etiam, & ordinamus in hac Conſtitutione in perpetuum valitura, ut cum alicui Provinciæ de Miniſtro fuerit providendum, ipſius Miniſtri electio penes Capitulum provinciale reſideat, quam idem Capitulum die ſequenti, quo fuerit congregatum facere teneatur. Ipſius autem electionis confirmatio ad Miniſtrum pertineat generalem. Et ſiquidem ad electionem hujuſmodi per formam ſcrutinii procedatur (votis in diverſa diviſis) electiones plures in diſcordia celebrari contingat, illa quæ a majori parte Capituli numero (nulla zeli, vel meriti collatione, aut conſideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, ſeu contradictione quacumque alterius partis non obſtante, per dictum generalem Miniſtrum de conſilio diſcretorum de ordine (prius tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum, diligenti examinatione præmiſſa) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis ſecundum Deum viſum fuerit expediri: Etſi fuerit infirmata ad Capitulum Provinciale electio hujuſmodi revertatur. Cæterum ſi Capitulum mæmoratum die prædicta Miniſtrum eligere prætermittat: ex tunc Miniſtri provincialis proviſio devolvatur. Verum ſi Miniſtro prædicto, & Capitulo generalibus ex certa manifeſta, ac rationabili cauſa, videretur aliquando in Provinciis ultra marinis Hyberniæ, Græciæ, ſeu

demptis vero illis conſiliis, quæ recenſita in regula præceptorie, vel inhibitorie, ſeu ſub verbis æquipollentibus ſunt ibidem expreſſa.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. n. 24. & 25.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Fratres S. Franciſci, ſeu Minores.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verb.

(2) Fuit Secundo a *Clemente V.* in hac Synodo Viennenſi expoſita præfata S. Franciſci regula, & dilucidata fuerunt ea, quæ præceptorie, vel inhibitorie, vel æquipollentibus verbis ibidem expreſſa reperiuntur; & inter cætera cautum quidem fuit, ut quibuſcumque in locis ejuſdem regulæ Verbum (TENENT) ſcriptum legatur, vim præcepti obtineat, ſervarique id omnino debeat.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. n. 26.

[3] Sciendum, quod regula S. Franciſci prohibet, ne quem exhortationibus ſui Fratres inducant ad relinquendum ſibi.

Cucch. in loc. ſupra citat. n. 27.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 24. ſub *lit. A.*

[4] In dicta pariter S. Franciſci regula cautum eſt, ut libera Novitio facta ſit facultas de bonis ſuis diſponendi ſecundum quod Dominus ſpiraverit.

Fagnan. in cap. In præſentia n. 49. lib. 2. de Probat.

(5) Notandum, quod Fratres Minores poſſunt eleemoſinæ cauſa aliquid ab his accipere, qui ſunt eorum Religionem ingreſſuri.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Cum vero n. 5.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. n. 28.

(6) Quamvis cautum in hac Viennenſi Conſtitutione reperiatur, quod Fratres Minores unicam tantum habere poſſint tunicam cum caputio, & alteram ſine eo; Hoc tamen fuit ſubinde in *Extravag. JOANNIS XXII. de Verbor. ſignific. Cap. 1. Quoniam* Superiorum arbitrio remiſſum.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Fratres S. Franciſci, ſeu Minores.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verb.

[7] Pannorum quoque colores, prætium, vilitas ſecundum Regionum morem debent pariter a Superioribus judicari.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina in §. Præterea.

(8) Nota, quod Fratres Minores tenetur a Feſto omnium Sanctorum uſque ad Nativitatem Domini, & qualibet feria ſexta jejunare.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina in §. Deinde.

Ferrar. in Bibliothec. Canonic. Verb. Regulares artic. 1. n. 122.

(9) Item ſunt etiam adſtricti ad Eccleſiaſtica obſervanda jejunia.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Fratres S. Franciſci, ſeu Minores.

Para-

Digitized by Google

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verb.

(10) Advertendum, quod Fratribus Minoribus quicquid expreſſe non conceditur, intelligitur denegatum.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina ſub n. 24.

(11) Nullo modo poſſunt Fratres prædicti pecuniam recipere, nec eorum in Eccleſiis retinere cippos, & truncos ad pecuniarum oblationem.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap. 55. §. 2. ſub n. 10. Verſ. An in Eccleſia.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Fratres S. Franciſci ſeu Minores.

(12) Licet Fratribus Minoribus non ſit permiſſus recurſus ad amicos pro conſequendis denariis, vel pecuniis; pro neceſſitatibus tamen poſſunt amicos ſpirituales habere, qui pecunias teneant.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. Verb. Fratres S. Franciſci ſeu Minores.

De Luccia de Legat. pro vict. Relig. Mendicant. relicto pag. 123. n. 359.

[13] Nota, quod Fratribus recenſitis non licet ad amicos recurrere pro aliis cauſis, quam in hac Viennenſi Conſtitutione expreſſis.

Petrus de Ancharano ſuper dicta Clementina n. 23.

(14) In vim regulæ S. Franciſci debent Fratres Minores eſſe pœnitus inexperti ab affectu, & terrenorum deſideria, & præſertim a pecunia.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 1.

[15] Proptereaque ita ſe gerere debent cum illis, qui eorum pecuniam tenent, ut nec rationem poſſunt ab ipſis petere, nec expenſas earum revidere.

Lauræa in Epitom. Canonic. verb. Fratres S. Franciſci, ſeu Mendicantes.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Canon. tom. 2. eod. Verb.

(16) Quemadmodùm memoratis fratribus eſt interdictum proprium tàm in ſpeciali, quàm etiam in communi.

Petrus de Ancharano in loco ſupra citat.

Surd. Conſil. 557. n. 11 t. 4.

(17) Ita ſunt Succeſſionum omnium incapaces.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Denique n. 11.

Emilian. Conſ. 155. n. 2.

Cucch. inſtit. major. lib. 3. tit. 1. n. 29.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 3.

Fagnan. in Cap. in præſentia n. 39. lib. 2. de Probat.

Item, & Legatorum.

Fagnan. in dicto Cap. in præſentia n. 44.

Rota in recent. deciſ. 16. ſub n. 6. part. 11.

(18) Præſertim illorum geſtorum in fraudem legis ſucceſſiones prohibentes.

Cu-

Cucch. inſtit. major. lib. 3. tit. 1. n. 30.

Limita in illis legatis, quæ unica ſolutione, ſeu præteſtatione adimplentur tàm in pecunia numerata, quam in aliis ſpeciebus, cujuſmodi ſunt frumentum, vineum, & oleum.

De Luccia de legat. pro victu Religioſ. Mendicant. relict. pag. 104. n. 299.

Rota in recent. deciſ. 365. n. 9. & 31. part. 5.

Duo tamen copulativè concurrere quidem debent, nempè quod legatum fiat modo licito, atque ab eorum Conſtitutionibus præmiſſo, hoc eſt, ut in eorum neceſſitatibus convertatur, vel nullus explicetur uſus, quo caſu præſumitur legatus eo modo, quo validus eſt.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 16.

De Luccia de Legat. pro Vict. Mendicant. relict. pag. 105. n. 300.

Rota in recent. deciſ. 365. n. 10. part. 5.

Secundò requiritur, quod legati quantitas non ſint ingens, & exceſſiva, ſed ſummæ, quam Fratres Minores profitentur, paupertati conveniat.

Rota in dicta deciſ. 365. n. 11.

Coram Merlino deciſ. 456. n. 10. & 11.

Bononien. Applicationis 21. Martii 1746. §. 7. coram Cardinali Millino.

Nota quod exceſſivitas in eo conſiſtit, quando nempè legatum talis eſſet naturæ, ut tàm ratione ſummæ, quàm ratione perpetuitatis temporis tolleret è medio Conventus paupertatem, & tenderet non ad peculiarem ſublevandam neceſſitatem, ſed confoveret in vivendo ſuperfluitatem.

De Luccia de Legat. pro Vict. Religioſ. Mendicant. relict. pag. 270. n. 613.

Piton. diſcept. 2. n. 82.

(19) Animadvertendum, quod annui redditus quum inter bona immobilia computentur, proinde Fratribus Minoribus illos habere non licet.

Felician de Cenſib. tom. 2. lib. 1. cap. 1. n. 3.

Staiban reſol. forenſ. 162. n. 42. tom. 2.

Ferrar. Bibliothec. Canon. artic. 1. Verb. Religion. Regular. n. 25.

Rota coram Emerix Jun. dec. 1219. & 1326. tom. 3.

Coram Cardinal. Falconer. tit. de Jurepatron. & Capellan. deciſ. 16. n. 5. tom. 2.

Procedit ètiamſi relicti appareant redditus hujuſmodi, vel legata adjecto Miſſarum onere.

Barboſa de Jur. Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 27. n. 77. & ſeqq.

De Luccia de legat. pro victu Religioſor. Mendicant. relict. pag. 228. n. 552.

Rota in recent. deciſ. 365. n. 15. part. 5.

Et hoc fuit a duobus Capitulis generalibus approbatum, quibus cau-

Digitized by Google

cautum quidem fuit Guardianos, & Superiores teneri ſuam emittere proteſtationem, quod nempe legata hujuſmodi acceptare minime intendunt, imò ea abſolute repugnant.

Surd. de Aliment. tit. 3. quæſt. 4. n. 13.

Rota in dicta deciſ. 365. n. 21.

Nota, quod Fratres prædicti poſſunt tamen legata pro Miſſis, ſeu Officiis in eleemoſynam a ſponte offerentibus accipere.

Maranta reſponſ. 41. n. 80. part. 1.

Piton. Diſcept. Eccleſ. 2. n. 21. & 41.

Rota deciſ. 1326. n. 10. coram Emerix. jun.

Scitu dignum, quod legatum factum Fratribus Minoribus pro Fabrica Eccleſiæ, & in cauſam ſtudii ſubſtinetur.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. n. 34. & 35.

De Luccia de Legat. pro Victu Religioſ. Mendicant. relict. pag. 22. n. 75.

Non procedit ſi tempore, quo legati dies advenit fabrica Eccleſiæ eſſet undique completa, quia quum in iſto caſu ceſſaret cauſa neceſſitatis productiva, hinc ceſſare quoque debet ipſa legati aſſequendi capacitas, quæ ex ſola neceſſitate, & indigentia ſubſtinetur.

Bald. in Authent. Ingreſſi n. 59. Verſ. quidam legat. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.

Caſtill. Controv. Jur. lib. 8. cap. 5. n. 23.

Rota in Bononien. Applicationis 21. Martii 1746. §. 9. coram Cardinali Millino.

Subſtinetur quoque legatum annuum pro certo Cultu Divino Fratribus Mendicantibus relicto, ut pro vino, tritico pro Miſſæ Sacrificio, oleo pro lampadibus, ornamentis Altarium, & Calicibus.

Abbas Panormitanus Conſil. 63. n. 4. tom. 8.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. n. 38.

Rota in recent. deciſ. 365. n. 27. part. 5., & deciſ. 16. num. 3. par. 11.

Procedit etiamſi nulla ſit habita ſpecialis mentio ſacræ ſupellectilis.

Rota in recent. in d. deciſ. 16. tom. 4.

Coram Cerro deciſ. 319. n. 4.

Itèm annua ſubſtinentur legata facta Infirmariæ.

Joannes de Anania Conſil. 30. num. 3.

Pignatell. Conſult. Canon. 16. n. 4. tom. 3.

Rota dicta deciſ. 319. n. 6.

Romana Legatorum, & eleemoſinarum 16. Jan. 1750. §. 15. coram Emo Elephantutio.

Similitèr legata pro emendis, imprimendiſque libris, quia deſerviunt non pro Fratrum alimentis, ſed pro litteris quidem addiſcendis.

Abbas Panormitanus conſil. 63. n. 3. tom. 6.

Menocch. conſil. 1014. n. 38.

De Luccia de legat. pro victu Re-

Religioſ. Mendicant. relict. pag. 112. num. 330.

Rota in recent. deciſ. 365. n. 45. part. 5.

[20] Advertendum, quod Fratribus Minoribus licitum non eſt annuos habere cenſus, vel poſſeſſiones, qui ſub immobilium nomine continentur.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit. 1. n. 131.

Merlin. de pignorib. lib. 2. tit. 1. quæſt 44. n. 37.

Ferrar. Bibliothec. Canon. Verb. Fratres Minores artit. 4. n. 21.

Rota in recent. deciſ. 413. n. 70. part. 12.

(21) Nec recenſitis Fratribus licet nedum Advocatorum, & Procuratorum officium exercere, ſed nec etiam eiſdem Advocatis, & Procuratoribus perſonaliter aſſiſtere, quando ipſorum negotia pro rebus temporalibus agitantur.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Fratres S. Franciſci, ſeu Minores.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. eod. tit.

Ferrari in Bibliothec. Canon. Verb. Procurator. n. 18.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap. 30. n. 30.

(22) Eis paritèr non licet dictos annuos redditus, jure actionis petere.

De Luccia de Legat. pro Vict. Religioſ. Mendicant. relict. pag. 264. n. 598.

Piton. Diſcept. Eccleſ. 2. n. 6.

Rota in Romana Legatorum, & Eleemoſinarum 16. Januar. 1750. §. 15. coram Eminentiſſimo Elephantutio.

Multoque minus per Syndicos, Miniſtros, ſeu Procuratores ſub pæna excommunicationis.

Marant. reſponſ. 41. par. 1. pag. 264. Verſ. Prohibuit.

Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom. 2. pag. 454.

Panimolla deciſ. 60. Adnot. 3. pag. 179. Verſ. Prohibuit.

Rota deciſ. 1326. ſub n. 10. Verſ. Non poſſunt Fratres coram Emerix. jun.

Nec demum poſſunt pro annuis legatis hæredes moleſtare nec per ſe, neque per Syndicum Apoſtolicum.

Rota in d. deciſ. 1326. n. 11. coram Emerix. jun.

Poſſunt tamen jure, ſcilicet ratione eleemoſinæ liberè percipiendæ, & gratis ab hæredibus dandæ annuos obtinere redditus.

Cyrill. de morient. eleemoſ. artic. 1. §. 18. per tot., & art. 3. §. 2. n. 16.

De Luccia de Legat. pro vict. Religioſ. Mendicant. relict. pag. 264. n. 598.

Piton. Diſcept. Eccleſ. 2. n. 20. cum ſeqq.

Rota deciſ. 1219. n. & deciſ. 1236. n. tom. 3. coram Emerix. jun.

Romana legatorum, & eleemoſinarum 16. Januarii 1750. §. Final. coram Emo Elephantutio.

Digitized by Google

(23) Scitu dignum, quod vigore hujus Viennenſis Conſtitutionis Fratres Minores teſtari minimè valent, & eſſe in judicio, ſed nec poſſunt executoris officium exercere.

Fagnan. in cap.tua nobis n.18. in fin. de Teſtament.

Riminald. Senior. Conſil.403. n.7. cum ſeqq. tom.4.

Soccin. Sen. conſil. 106. n. 4. vol. 4.

Pignatell. Conſult. Canon.16. n.9. tom.3.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clement. n.22.

Joannes Ferrar. in aur. pratic. de forma jurament. Teſtium pag. 157. n.132.

Carol. Anton.de Luc.ad Gratian. diſcept. 123. n.10.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap.17. n.20.

Gratian. Diſcept. forenſ.tom. 1. cap.123. n.5.

(24) Similitèr habere non valent Vineas, aut hortos ad vendendum fructus.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementin. 5. Licet n.16.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit.1. n.32.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Fratres S. Franciſci, ſeu Minores.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verb.

(25) Nec Bona ſtabilia ad excolendum, vèl locandum.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n.11.

Peregrin. de Jur. fisci lib. 3. tit. 14. Verſic. Decima concluſio.

Rota in recent. deciſ. 365. n.10. part.5.

[26] Granaria quoquè, & Cellas Vinarias habere non licet ſupradictis Fratribus.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit.1. n.33.

Paravicin.in Polyanth.Sacror. Canon. tom. 2. Verb. Fratres S. Franciſci, ſeù Minores.

(27) Nota, quod Superiores judicare poſſunt, quandò mæroratis Fratribus ſit licitum habere tàm granarium, quàm Cellam Vinariam pro neceſſitatibus.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Fratres S. Franciſci, ſeù Minores.

[28] Notandum, quod Fratres Minores habere haud valent magnifica ædificia, vel Eccleſias ſimiles, ſed humiles.

Lauræa in loco ſupra citat.

(29) Neque paramenta, aut Vaſa Eccleſiæ nimis prætioſa, aut ſuperflua.

Matthæuc. Official. Cur. Eccleſ. cap.30. n.28.

Nota, quod prima ſuccedendi conceſſio in Bonis temporalibus hæreditariis & communitèr poſſidendi fuit Fratribus Minoribus elargita a *Sixto IV.* anno 1472. pridiè Kalend. Martii ut habetur ex Conſtit. CUM FRUCTUS UBERES.

Cucch. Inſtit. Major. lib. 3. tit.1. n.41.

So-

Ferrari Bibliothec. Canon. artic. 5. tit. Religiones Regulares n. 10.

Excipiuntur F. F. Minores de Obſervantia, & Capuccini, qui in propria Juris antiqui acceptione mendicantes ſunt, & in arctiſſima ſunt paupertate fundati.

Fagnan. in cap. in præſentia n.67. de Probat. lib.2.

Ferrar. Bibliothec. Canon. artic.1. n.26.

Cucch. in loco ſupra cit.n.43.

Rota deciſ. 225. n. 6. coram Mantica.

Vid. meam Collectan. ad Concil. Trident. *Seſ. 25. cap. 3. de Regular.*

Notandum, quod hæc Viennenſi Conſtitutio non de omnibus Mendicantibus Verba facit, ſed de Fratribus Minoribus tantùm.

Murga de Benefic. quæſt. 2. ſub n. 218.

Encomia, quæ merito tùm a Gregorio IX. & Nicolao III. quam a Clemente V. Summis Pontificibus fuerunt Seraphico Ordini data, afferuntur a Lucio Ferrar. in ſua Bibliothec. Canonic. artic. 5. tit. Religiones Regulares n. 52. cum duobus ſeqq.

CAPIT. SECUNDUM.

SÆpè contingit, quod cauſas committimus, & in earum aliquibus ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitù, & figura judicii procedi mandamus: de quorum ſignificatione verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem dubitationem hujuſmodi (quantum nobis eſt poſſibile) dicidere cupientes, hac in perpetuum, valitura conſtitutione ſancimus, & judex, cui taliter cauſam committimus, neceſſario libellum non exigat, litis conteſtationem (1) non poſtulet, tempore etiam feriarum ob neceſſitates hominum indultarum à jure, procedere valeat: amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat breviorem, exceptiones appellationes dilatorias, & fruſtatorias (2) repellendo partium Advocatorum, & procuratornm contentiones, & jurgia, teſtiumque (3) ſuperfluam multitudinem refrenandam. Non ſic tamen Judex litem abbreviet, quia probationes neceſſariæ, [4] & de-

Digitized by Google

& defenſiones legitimæ admittantur, Citationem (5) vero, ac præſtationem juramenti de Calumnia, vel malitia, ſive de veritate dicenda, ne veritas occultetur. Per commiſſionem hujuſmodi intelligimus non excludi (6).

Verùm quia juxta petitionis formam pronuntiatio ſequi debet prò parte agentis, & etiam rei, ſi quid petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda, ſivè in Scriptis, ſive verbo, actis tamen continuo (ut ſuper quibus poſitiones, & articuli formari debeant, poſſit haberi plenior certitudo, & ut fiat diffinitio clarior) inſerenda. Et quia poſitiones ad faciliorem Expeditionem Litium propter partium confeſſiones, & articulos ad Clariorem probationem uſus admiſit. Nos uſum hujuſmodi obſervari volentes; Statuimus ut Judex ſic deputatus a nobis (niſi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum ſimùl utroſque, terminum dare poſſit, & ea exhibendum omnia acta, & monumenta, quibus partes uti volunt in Cauſa poſt dationem articulorum, diem certam, quandocumque ſibi videbitur, valeat aſſignare: Eò ſolo, quod ubi remiſſionem fieri contingerit, pro teſtibus producendis, poſſint etiam inſtrumenta produci, aſſignatione hujuſmodi non obſtante. Interrogabit etiam partes, ſive ad eorum inſtantiam, ſive ex officio ubicumque hoc æquitas ſuadebit. Sententiam vero definitivam (citatis ad id licet non peremptorie (7) partibus) in ſcriptis, (8) (prout magis ſibi placuerit) ſtans vel Sedens proferat: etiam (ſi ei videbitur) concluſione non facta, prout ex petitione, & approbatione, & aliis actitatis, in cauſa fuerit faciendum. Quæ omnia etiam in illis Caſibus, in quibus per aliam conſtitutionem noſtram, vel alias procedi poteſt ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitù, & figura judicii volumus obſervari ſi tamen in præmiſſis Caſibus Solemnis ordo,

ordo, (9) judiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus obſervetur, non erit proceſſus propter hoc initus, nec etiam initiandus. Data Avinione XIIJ Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Nota, quod in judicio Summario, & executivo ſolemnis litis conteſtatio non eſt neceſſaria, ſed pro illa qualiſcumque actoris petitio, & quælibet reſponſio, ſeu rei conventi comparitio ſufficiens reputatur.

Text. in Leg. Rem non novam §. Patroni Cod. de Judic.

Rota in recent. deciſ. 189. n. 4. part. 7.

Coram Buratto dec. 277. n. 8.

Ravennaten. ſeù Ferrarien. Juriſdictionis 16. Junii 1748. §. coram De Canilliac.

Imò in Beneficialibus proceditur ſine libello, & litis conteſtatione.

Loter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 20. n. 49.

(1) Notandum quod hæc Viennenſis Conſtitutio locum habet, quando cauſa commiſſa reperitur cum illis verbis *ſummariè*, *ſimpliciter*, *de plano*, *ſine ſtrepitu*, & *figura judicii*.

Corn. Conſil. 243. n. 2. vol. 4.

Mandoſ. Conſil. 61. n. 10.

Secùs verò, ſi fuerit tantùm data Judici facultas procedendi *ſummariè*, *ſimpliciter*, & *de plano*, abſque alio verbo *ſinè figura*, quia in illo caſu non militat ejuſdem Clementinæ diſpoſitio, quum tollantur omnia judicii ſubſtantialia.

Ridolphin. in Prax. par. 2. cap. 1. n. 25.

Petrus de Ancharano ſuper hac Clementina n. 15.

(2) Advertendum, quod hoc Summarium judicium, de quo Clementina iſthæc verba facit, ſicuti eſt neceſſarium in cauſis electionum, proviſionum, matrimonii, uſurarum, & ſimilium, ubi periculum aliquod eſt in mora poſitum; ità in illis enumeratis cauſis judex etiam feriarum tempore ob hominum neceſſitates indultarum cognoſcet, & dilationes amputando, exceptiones, & dilationes fruſtratorias repellendo, litem quantum poterit, debebit facere breviorem.

Engel. in Jus Canon. lib. 2. tit. 1. de Judiciis n. 12.

Lauræa in Epitom. Canon. Verb. Judicia.

Paravicin. in Polyanth. Sacror. Canon. tom. 2. eod. Verb.

(3) Nota, quod in cauſis ſummariis, in quibus non conteſtatur lis teſtes poſt primam citationem ad dicendum contra commiſſionem præſentatam examinari poſſunt.

Verginius de Boccatiis in tract. de litter. remiſſor. cap. 3. n. 4. pag. 23.

[4] Notandum, quod etiam in

in proceſſu Summario non eſt aditus præcludendus probationibus, quæ ad rectam cauſæ definitionem plurimum conducere valent.

Rota in Romana Pecuniaria ſuper exhibitione librorum 22. Februarii 1747. §. 11. coram Cardinal. Buſſio.

Gerunden. unionis ſuper Remiſſoria 26. Junii 1748. §. 4. coram Vicecomite.

(5) Nec etiam omitti debent defenſiones legitimæ & citationes.

Engel in Jus Canon. lib. 2. tit. 1. de judic. ſub n. 12.

Jodoc. Damhoudar de Tutor. & Curator. cap. 8. n. 66.

Maranta reſponſ. 98. n. 22. vol. 4.

[6] Item & Juramentum de calumnia, quod in omnibus eſt cauſis præſtandum quantumcumque ſummariis.

Loter. de Benef. lib. 3. quæſt. 12. n. 21.

[7] Nota, quod in Cauſis Summariis neceſſe non eſt citare *peremptoriè* ad Sententiam.

Ventrigl. in Prax. Annot. 33. §. unic. n. 3. tom. 1.

(8) Sed Sententia eſt in ſcriptis ferenda.

Corn. Conſil. 140. n. 5.

Mandoſ. Conſil. 61. ſub n. 1.

Cardinalis Zabarella ſuper hac Clementina §. Et quia n. 18.

(9) Sciendum, quod in matrimonialibus, & Beneficialibus cauſis litis conteſtatio minimè requiritur.

Hercul. Severol. de Remiſſion. cap. 13. n. 4. pag. 30.

Loter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 20. n. 49.

Caſſador. in tit. de reſcript. deciſ. 8. n. 9.

Animadvertendum quod iſta Viennenſis Conſtitutio locum non habet in Cauſa criminali, quamvis eſſet in illa ſummariè procedendum.

Scaccia de Judic. lib. 2. cap. 4. n. 41.

Bellencin. de Charitativ. Subſid. quæſt. 39. n. 5.

F I N I S.

IN-

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICUS

LOCUPLETISSIMUS

RERUM NOTABILIUM, PRÆCIPUORUMVE VERBORUM, QUÆ HABENTUR IN CLEMENTINIS.

Prior numerus paginam, alter vero illius oſtendit numerum.

A

Abbas ſuos tantum Subditos convenire poteſt, & judicare, non vero alios exteros. 7. 2. Non eſt ad monachandum compellendus. 217. 28.

Abbates non poſſunt coram ſe ſuos convenire Servos, niſi in eos juriſdictionem habeant; alias ad expenſas, & intereſſe tenentur. 8. 3.
Et proceſſus eſt ipſo jure irritus. 8. 4.

Abbates, ad quos Beneficiorum collatio ſpectat ſi intra ſex Menſes non conferant, poſſunt Diœceſani conferre. 32. 1.

Abbatiſſæ ubi ſolitum eſt eas benedici, debent benedictionis munus infra annum ſuſcipere. 151. 8.

Alias, nulla rationabili exiſtente cauſa, ſunt privatæ. 151. 9.

Abbatiſſæ benedictio eſt ab illis facienda, ad quos ſpectat de jure. 151. 10.

Abſurditas vitanda. 192. 1.

Acceſſus ad Principum Curias prohibetur Monachis Benedictinis adminiſtrationem non habentibus. 145. 16.

Acta ſi intra biennii tempus non tranſportentur oritur res judicata. 92. 2.
Limit. in Impedito. 93.
Debet tamen impedimentum non ſolum probari, ſed etiam eſſe debet inevitabile. Ibid.

Adminiſtratores Hoſpitalium aſſimilantur Tutoribus, & Curatoribus. 160. 9.
Debent juramentum præſtare, ac de Bonis inventaria conficere. 160. 10.
Et Ordinariis, vel deputandis ab eis ſingulis annis de adminiſtratione ſua rationem reddere. 160. 11.

Aetas ad Subdiaconatum eſt annorum 22. Ad Diaconatum 23. Ad Sacerdotium 25. 37.

In

In alienatione rerum Eccleſiæ ultra neceſſitatem, & utilitatem requiritur etiam Beneplacitum Apoſtolicum. 114.
Ad ſubſtinendam alienationem rerum Monaſterii non exempti ſat non eſt ſola Abbatis authoritas. Ibid.
Alienationis nominis venit enim locatio ad longum tempus. 115.
Ambitio diſcordias parit, & ſchiſmata producit. 136. 2. Eſt reprimenda. Ibid.
Anima intellectiva, ſeu rationalis per ſe eſt vera Corporis forma: aliter vero aſſerentes, vel dubitantes ut hæretici damnantur. 6. 3.
Annus decimus quartus in Maſculo, & duodecimus in Foemina dicitur aetas diſcretionis. 137. 1.
APOSTOLI linguarum omnium notitiam habuerunt. 190. 3.
Apoſtoli tamquam appellationis pars debant neceſſario peti. 90. 1. Sunt per appellantem ſæpius, & uno ſaltem contextu petendi. 90. 2.
Pro Apoſtolis non rediens in termino ſibi a Judice præfixo renunciare videtur appellationi. 91. 3. Item ſi illos non petierit intra illud temporis ſpatium a Judice ſtatutum, vel ſibi oblatos recipere recipere recuſaverit. 91. 4.
Judex ſi in termino per eum præfixo Apoſtolos petenti non dederit, aut ſi petenti velle dari promittat, & ſubinde requiſitus dare recuſaverit, vel ſi intra juris terminos petens illos habere non potuerit, appellans poteſt in iſtis caſibus ſuam proſequi appellationem. 91. 5.
Pro Apoſtolis ultra ſecundam vicem redire nemo tenetur. Ibid.
Appellans juxta *Text. in Cap. ut circa de Elect.* ſi ſpecifice non juraverit, eſſe non ſolum vera, ſed etiam probare poſſe quæ opponit, appellatio corruit. 24.
Appellans ab interlocutoria, vel gravamine tenetur ſua in appellatione gravaminis cauſam exprimere. 94. 1.
Appellante aliquo in cauſa non auditur alter eadem in cauſa, niſi appellaverit, ſed poteſt aſſiſtere ne colludat. 24. 3.
Appellanti regulariter datur annus ad proſequendum, & finiendum. 92. 1. Si intra annum a die interpoſitæ appellationis non fuerit citatum ad dicendum contra commiſſionem appellationis cauſa remanet deſerta, & in rem tranſit judicatam. 92. 2.
Appellatione facta ab interlocutoria, vel gravamine debent primi Judicis proceſſus juſtificari ſecundum ea, quæ coram eodem facta ſunt. 95. 3.
Appellatione facta, ſi iudex illi non deferat, ſi per ſententiam judicatur, poteſt ab ea intra tempus appellari. 56. 1. Locum habet ſive fuerit appellans citatus ad ſententiam, ſive non. Ibid. Non procedit ſi prima appellatio ſit manifeſte frivola. 56. 2.
Ap-

Appellatio in electionibus, poſtulationibus, ſive proviſionibus tunc ad Apoſtolicam Sedem devolvit cauſam, quando a die appellationis intra Menſem, vel poſt quam cito fieri poteſt intimetur appellato, vel ejus Procuratori, citationis tenore ei perlecto, vel authentica porrecta ſcriptura, vel copia ejuſdem ſi petatur. 21. 1. Facta ab electione, poſtulatione, vel proviſione non ſervata forma Conſtitutionis. *Ut circa de Elect.* non admittitur niſi certis in caſibus in eadem Conſtitutione exceptis. 24. 4.

Appellatio ſub forma Clementinæ *Cauſam de Elect.* non ſolum devolvit ad Romanam Curiam appellationis articulum, ſed etiam principalis cauſæ examen. 22.

Appellatio extrajudicialis ſi ipſi appellato legitime intimetur, tunc devoluta cauſa remanet ad Sedem Apoſtolicam. 22. 5.

Appellatio coram majori Judicum parte facta tenet perinde ac ſi fuiſſet coram omnibus interpoſita. 89. 1. Eſt tamen omnium actorum intimatio parti appellatæ, facienda. 89. 2.

Appellationis deſertæ proſequutio non impedit, quominus ſententia in judicatum pertranſeat. 96. 1.

Archiepiſcopus poteſt in omnibus ſuæ Provinciæ locis Crucem ante ſe deferre, & Populo benedicere. 223. 1. Item celebrare divina, vel coram ſe facere celebrare etiam in Pontificalibus. 223. 2. Procedit etiam in Eccleſiis Regularium. Ibid.

Aſſignatiò eſt facienda inſtitutis in beneficio ad hoc ut poſſint nedum Epiſcopalia jura perſolvere, ſed etiam congruam habere ſuſtentationem. 162. 1.

Auditor Rotæ Romanæ lite pendente in Rota ſuccedit in locum certi Exequutoris. 10. Item loco Epiſcopi. Ibid.

Auditores S. Rotæ poſſunt alia abſque commiſſione providere de Beneficio, quod alicui fore debitum pronunciant. 10. 2. Poſſunt proviſionem facere de Beneficio, & alia omnia agere pro executione Litterarum Apoſtolicarum. Ibid.

B

IN Baptiſmo conferuntur parvulis virtutes. 6. 4.

Baptiſmum non poteſt ſine Epiſcopi licentia privatis in Domibus miniſtrari. 176. 1. Limit. in Filiis Regum, & Principum. 177. 2. Item in iis, qui ad Eccleſiam ſine vitæ periculo nequeunt deferri. 177. 3.

Beguinarum ſecta fuit per Viennenſe Concilium damnata. 154. 6. Non

ratione earum Status, ſed ſuorum morum. 154. 5.

Beguinæ ita denominatæ *a S. Begga S. Gelonidis* Sorore, ſive ut aliis placet a quodam *Lamberto Begga*, qui primus Beguinarum Ordinem invenit, & eis caſtitatem normam verbo, & exemplo primum prædicavit. 154. 2. Propriis non renunciant, nec obedientiam promittunt, nec aliquam profitentur regulam approbatam. 154. 3. Religioſæ non ſunt. 154. 4.

Benedictini ſub Monachorum nigrorum appellatione comprehenduntur. 143. 2. Quare dicantur Monachi nigri. Ibid. Singulis Menſibus omnes debent confiteri. 144. 6. Et in prima Menſis Dominica Euchariſtiam ſumere. 144. 7.

Benedictio Abbatiſſæ eſt ab illis facienda, ad quos de jure ſpectat. 151.10.

Beneficia vacare dicuntur in Curia eo ipſo, quod non ſolum quis in Urbe, ſed etiam in ejus diſtrictu infra duas decedit Dietas. 58. 1. Procedit etiamſi Beneficia ſint de Jurepatronatus Laicorum. Ibid. Ob permutationem reſignata non ſunt alteri, quam permutantibus conferenda, alias nulla eſt illorum collatio. 117. 2.

Si habenti duo Beneficia incompatibilia tertium ſine diſpenſatione conferatur, vacant ipſo facto omnia prima. 107. 1. Procedit ſi tertii beneficii poſſeſſio ſit undique pacifica cum plena, & libera fructuum perceptione. 107. 2.

Beneficii fructus, ſubductis Eccleſiæ oneribus, ſunt illi reſtituendi, qui in fine litis plenam in cauſa victoriam obtinuerit. 62. 2.

Si duo ſuper Beneficio ſibi collato litigent in Romana Curia, & uterque ibi decedat ad Papam ſpectat collatio; ſi verò eamdem extra Curiam ambo moriantur Ordinarii erit collatio. 58. 1.

Beneficiorum ſuperflua pluralitas per S. C. T. damnata. 108.

In Beneficiis, ſeu Monachorum Eccleſiis inſtituuntur Rectores non perpetui, ſed ad nutum amovibiles. 33. 5.

Beneficium ut dicatur vacans requiritur vacatio de facto. 12. 2. Secundum impetrans nulla de altero, quod habebat, facta mentione nullam reddit Papæ collationem. 40. 1. Limit. in Ordinariis. 40. 2.

Beneficium litigantes ſi alter ex illis, qui illud poſſidebat moriatur in Curia collatio illius ad Pontificem, ſi vero *Extra* ad Ordinarium ſpectat 58. 2. Si neuter fuerit in poſſeſſione collatio eo in caſu ad ſolum ſpectat Papam. 58. 3. Si vero unus tantùm moriatur, & alter, vel tertius litem pro ſuo intereſſe proſequatur, tunc eſt litis exitus expectandus, etſi deciſum fuerit, Beneficium ad defunctum ſpectare, collatio eo in caſu eſt Papæ ſi in Curia deceſſerit, Ordinarii verò ſi *Extra* fuerit obitus ſequutus. 58. 4.

Be-

Beneficium ſi ad nullum ex litigantibus ſpectet collatio eſt Ordinarii, niſi alia ex cauſa reſervetur. 58. 6. Non eſt conferendum lite adhùc perdurante. 59.
Beneficium ſi fuerit a Capitulo devolutum ad Epiſcopum, vel Papam, poteſt ab Epiſcopo provideri. 109. 3.
Bonifacii VIII. Conſtitutio quæ incipit Clericis Laicos cum ſuis declarationibus fuit in Clementin. *Quoniam de Immunit. Eccleſ.* revocata, & abrogata. 185. 1.
Bulla aurea dicitur a ſigillo aureo ab ipſa pendente. 77. 20. Varia continet Capitula, Decreta, & Conſtitutiones perpetuo valituras. ibid.

C

Camerarii officium Sede Romana vacante non expirat. 18.4. Si ejus obitus tempore Sedis vacantis contingat poſſunt Cardinales alterum in officio pro vacationis tempore ſubrogare. ibid.
Canes venaticos alere, vel tenere non poſſunt Monachi Benedictini. 145.10. Nec tales Canes habere eſt ſuis Familiaribus ſecum morantibus permiſſum. 145.11. Limit. in caſu, quo proprios habeant ſaltus, vel lacus, & tunc non debent Domi Canes tenere. 145. 12.
Canonici Eccleſiæ Collegiatæ non ſolent Apoſtolicis in Delegationibus includi. 9.
Canonici Regulares veniunt appellatione Monachorum. 145. 17. Adminiſtrationem non habentibus prohibetur acceſſus ad Principum Curias ſine ſpeciali ſui Abbatis licentia. 145. 16.
Canonicos non decet tardè ad Chorum accedere, & antè Officii finem ſine cauſa ab illo exire. 174. 5.
Canoniſſæ quemadmodùm non ſunt verè, & propriè Religioſæ; ita nulla lege Clauſuram ſervare tenentur. 151. 11. Epiſcoporum viſitationi ſubſunt. 151. 12. Earum inſtitutum Romana Eccleſia tantùm tolerat. 151. 13.
Capitulum Sede Epiſcopali vacante eſt Judex Ordinarius in cauſa hæreſis. 200. Non poteſt tamen exemptos judicare. Ibid.
Carcer hæreticalis Epiſcopo, & Inquiſitori communis. 201. 8. Duos debet habere Cuſtodes, quorum alter ab Epiſcopo, alter verò ab Inquiſitore deputandus. Ibid.
Cardinales non poſſunt Sede Apoſtolica vacante mutare, aut alterare, ſeu diſpenſare prorogando tempus Clementinæ *Ne Romani de Elect.* 17. 2. Nec quidquam poteſtatis, vel juriſdictionis ad Papam pertinentis exercere, niſi in quantum eſt eis per Lugdunenſe Concilium

permiſſum. 18. 3. Egreſſi Conclave compellendi ſunt quam primùm intrare, niſi excuſet corporis infirmitas, aut debilitas. 19. 8.

Carnium eſus eſt Monachis Benedictinis interdictus, ſed poſſunt ex neceſſitate illas comedere. 147. 29. Circa Carnium eſum tenentur ſervare Conſtitutionem *Innocentii IV.* 148.

Cauſa ut dicatur ad Sedem Apoſtolicam devoluta requiritur, quod appellato legitimè extrajudicialis intimetur appellatio. 22. 5. Cauſa Beneficiali ad Sedem Apoſtolicam devolutam poteſt utraque Pars nedum Petitorium, ſed etiam poſſeſſorium intentare 55. 1.

Cauſæ electionum, poſtulationum, proviſionum, dignitatum, perſonatuum, Canonicatuum, proebendarum, & quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſunt ſummariè pertractandæ. 49. 2.

In Cauſis Matrimonii, & Uſurarum eſt ſummariè procedendum Chriſtiani quamvis in teſtes contra Judæos recipiantur, poſſunt tamen per criminis exceptionem a teſtimonio repelli. 66. 3.

Chriſto jam mortuo unus Militum lancea latus ejus aperuit. 5. 2.

Citatio eſt judiciorum initium. 87. 15. Debet eſſe legitima. 87. 16. Et ad citati notitiam pervenire. 21. 4. Non arctat citatum ad locum notoriè non tutum. 86. 8. Potiſſimum ubi manifeſtum timetur mortis periculum. Ibid. Quæ fit re, & verbis fieri non poteſt extra Territorium. 86. 9. Limit. quando quis non ſuper crimine, ſed ſuper contractu citatur. Ibid.

Citatio lata contra citatum extra citandis territorium eſt nullitatis labe infecta. 86. 10. Procedit etiamſi Imperator, vel Rex faciant citare. Ibid.

In citatione debent talia exprimi, ut citatus poſſit de futuro litis ſubjecto plenè inſtrui. 60. 3.

Citationes factæ per edictum ſunt affigiendæ Januæ Majoris Eccleſiæ loci, in quo Romana reſidet Curia. 47. 2. Originales debent per aliquas horas permanere in loco, in quo affiguntur. Ibid.

Citationibus hujuſmodi uti debet Judex in ſolo neceſſitatis caſu, quando nempè adeſt Perſonarum copia, nec citandus certam habet habitationem, nec loca poſſunt tutò, libereque adiri. 48. 6.

Citationis defectus Principe tolli minimè poteſt. 88. 18. Nec a Statuto. Ibid.

Citatus ad locum non tutum comparere haud tenetur. 86. 6.

Clauſula *pro libito voluntatis* quomodò intelligatur. 215. 7.

Clemens V. dum in Civitate Avenion. moram trahebat litteras direxit quinque S. R. E. Cardinalibus pro pace pertractanda inter *Robertum* Apuliæ Regem, & *Henricum VII.* 75. 7. Nullam declaravit Henrici

rici ſententiam eo quia fuit recenſitus Robertus citatus Piſana in Civitate, quæ notoriè erat ejuſdem Regis nemica. 86. 5.

Clementina *Abbates de reſcript.* procedit tàm in Religioſis loca ſubjecta habentibus, quàm in Prælatis Sæcularibus loca ſubjecta aliena in Diœceſi poſſidentibus. 7. 1.

Clementina *Ab Eccleſia de reſtit. in integr.* æquitatis temperamento linivit Conſtitutiones indiſtinctè ſancientes ex die leſionis currere Eccleſiæ quadriennium. 45. 3.

Clementinæ *Ad compeſcendas de Sequeſtrat. poſſeſ. & fruct.* intellectus. 61. Locum habet in Beneficiis tantùm Eccleſiaſticis. 63. Et in ſententia diffinitiva tantum. Ibid. ſicut eſt a jure exorbitans ita de uno ad alterum caſum non eſt extendenda. 63. An locum habeat in penſione, & an procedat in Hoſpitalibus Ibid.

In Clementina *Ad noſtram de Hæretic.* damnantur Beguardorum, & Beguinarum errores. 207.

Clementina *Appellanti de Appellation.* locum tantùm habet in interlocutoria, non vero in diffinitiva ſententia. 95. 3. In appellationibus quoque de jure Canonico conceſſis ab illis interlocutoriis, a quibus appellatio de jure Communi non admittitur. 95. Item in Cauſa tantùm Beneficiali ad Sedem Apoſtolicam devoluta. 96.

Clementina *Appellanti* non procedit, quando interlocutoria eſt talis, ut ejus gravamen reparari non valeat. 95. 3. Pariter in ſententia Attentatorum. Ibid. Similiter quando nova oritur exceptio, vel allegatio ex facto adverſari. Ibid.

Clementina *Attendentes de Stat. Monachor.* compræhendit ſolum exemptos immediate Sedi Apoſtolicæ ſubjectis. 152.

Clementina *Auditor de Reſcript.* non corrigit text. in Cap. ſuper eo 15. *de Offic. Judic. delegat.* 10. 1. Ratione circuitus evitandi non eſt extendenda. 10. 3. Locum tantum obtinet in Solis Sacræ Rotæ Auditoribus, non vero in aliis Romanæ Curiæ Auditoribus, quales ſunt Cameræ, vel Contradictarum. 11. Quamvis loquatur de proviſione, procedit tamen in præſentatione, ſeù Inſtitutione. Idid. Ad omnes ſe ſtendit Caſus etiam non beneficiales. Ibid.

Clementina *Cauſa de Cauſa Poſſeſ. & Propriet.* an procedat ultra Cauſam beneficialem ad Sedem Apoſtolicam devolutam etiam ad alias Cauſas. 56. An Cauſa poſſeſſoria Beneficii Eccleſiaſtici privativè ad Judicem ſpectet Eccleſiaſticum, ſivè potius ſit comulativa. Ibid.

Clementina *Cauſam de Electìon. & Elect. Poteſt.* procedit tantum in Beneficialibus. 22. Ejus forma eſt præciſe ſervanda contra abſentem ſuo jure & poſſeſſione privandum. 21. 4.

Clementina *Conſtitutionem de Electiön.* quando locum non habeat. 23.1.

Clementina *Cum ei de Conceſſione Præbend. & Eccleſias non vacant*. fundatur in notitia, & non in vacatione. 112.Locum habet tam in forma gratiæ ſpecialis, quàm in altera Pauperum. Ibid. Item in illo, qui in Beneficio jus non habet. Ibid. Et quando res eſt de ammittendo jure querendo, non autem de jure quæſito. Ibid.

Clementina *Cum illuſio de Renunciat.* locum habet in renunciatione pura, & ſimplici, non verò in altera favore certæ Perſonæ emiſſa. 30. Condita fuit ad effectum evitandi illuſiones, & variationes in Beneficialibus. Ibid.

Clementina *Cum ſit de Cenſib.* loquitur de juribus Epiſcopalibus præſcriptibilibus, & non de imperſcriptibilibus. 168.

Clementina *Diſpendioſam de Judic.* verba faciens de Decimarum ſolutione locum habet inter Laicos, quando nempè Decimæ fuerunt translatæ ante Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. 50. Procedit etiam in Beneficiis Eccleſiaſticis, non verò in prophanis, & Soecularibus. 51. An locum habeat in Hoſpitalibus. Ibid.

Clementina *Dudum de Judic.* loquitur tantùm de Citatione Edictali in Curiæ exequenda, non verò in loco viciniori. 47. 4. In quibus caſibus locum habeat. 47. 5. Debet intelligi ſecundùm juris Communis diſpoſitionem. 48.

Clementina *Dudum de Sepultur.* fuit per S.C.T. confirmata, & approbata in eo, quod reſpicit formam præſentandi Ordinariis F.F. Prædicatores, & Minores. 129. Non compræhendit funus non factum. 131. Nèc funus tumulante in Eccleſia celebrandum. Ibid. Derogat pactis & conventionibus inter partes initis. 131. In iis, quæ juri Communi adverſantur ſtrictè intelligenda. Ibid. Licet præcisè de F.F. Prædicatoribus, & Minoribus verba faciat, ſe tamen extendit ad F.F. Eremitas S. Auguſtini, & Carmelitas. Ibid. Locum habet in Eccleſiis conſtructis, non verò in conſtruendis. 131.

Clementina *Eos qui de Sepultur.* quæcumque abrogat privilegia. 120. 4.

Clementina *Eos de Conſanguin. & Affinit.* locum non habet in Contrahentibus tantùm ſponſalia. 188.

Clementina *Gratiæ de Reſcript.* procedit etiam in caſu, quo Proviſus de ſecundo Beneficio proteſtetur, quod per illius aſſecutionem non intelligatur renunciatum liti, & cauſæ ſuper primo beneficio vertenti. 12. 3. Loquitur de renunciatione juris ad rem, quæ facilius perditur 13. Hujuſmodi Clementinæ eſt derogatum, quum Papa voluerit, ut duo Beneficia conferantur nominato. Ibid.

Clementina *Inter ſollicitudines de Magiſtr.* licet verba faciat ſolùm de Magi-

Magiſtris docentibus linguas Hæbraicam, Græcam, Arabicam, & Chaldæam, ſuas tamen porrigit vires ad docentes Theologiam, & jus Canonicum. 191.

Clementina *Litteras de Reſcript.* procedit quando diſpoſitio eſt particularis, & eſt in Ordinariorum præjudicium; Secùs quando conceſſio eſt indefinita, & tantùm concedenti infert damnum. 14. Itèm in Beneficiis antè reſervationem creatis, ſed a Superiore ſubindè approbatis. Ibid.

Clementinæ *Monaſteriorum de reb. Eccleſ. non alienand.* intellectus. 115.

Clementina *Ne in Agro de Stat. Monachor. vel Canonic. Regular.* deferens Monachis nigris Cucullam amplam, talarem, & manicatam, fuit ſemper inviolabilitèr obſervata. 144. 5. Sub dictorum Monachorum appellatione veniunt etiam Canonici Regulares. 146. Non compræhenduntur ſub hac Clementina Monachi S. Baſilii. 148.

Clementina *Nolentes de Hæretic.* prohibet Inquiſitoribus illicitas extorſiones, ſed non tollit licitas pœnas pœcuniarias. 205.

Clementina *Ne Romani de Elect.* aliqua Cardinalibus Sede Vacante permittit, quæ aliàs ſimpliciter prohibuit. 19. 8.

Clementina *Paſtoralis de Sentent. & re judicat.* oſtendit nullam fuiſſe ſententiam per Henricum Imperatorem latam adversùs Regem Robertum. 86. 4. Locum non habet in Papa, quia propter ſuam Superioritatem poteſt ubique locorum citare. 88. Nec procedit in Urbe Romæ. Ibid. Intellectus hujus Clementinæ. Ibid.

Clementina *Per Litteras de Præbend. & Dignitat.* procedit quando Papa ſuis in Litteris generalibus mandat provideri Clericis, non autèm quando ipſemet Papa providet. 107. Locum non habet in Religioſis. Ibid.

Clementina *Procuratorem de Procurat.* locum tantùm habet in Eccleſiæ Procuratoribus. 44. Quamvis loquatur de morte tantùm naturali, ſe tamen extendit ad mortem etiam civilem, videlicèt ad renunciationem, reſignationem, & translationem. Ibid.

Clementina *Plures de Jurepatronat.* exigit, quod Succeſſor in Jurepatronatu ſit hæres defuncti, ut colligitur ex illis verbis = *relicti hæredes* = 164. 2. Sola deſcendentia non ſufficit, ſed hæreditaria requiritur qualitas. Ibib. Locum tantùm ſibi vindicat Clementina iſthæc in Jurepatronatu hæreditario. 166. Non procedit quando alter tantùm ſit Patronus. Ibid. Ordinarii arbitrio remittit prælectionem inter plures Compræſentatos. 166. 6.

Clementina *Quamvis de For. Competent.* loquitur de Epiſcopo, qui vult ſuum extra Territorium illam exercere juriſdictionem, quam non habet,

Digitized by Google

habet. 55. Locum non habet in Prælatis inferioribus. Ibid.
Clementina *Quia contingit de Religioſ. Domib.* mandat ut in Hoſpitalibus, in quibus ea viget conſuetudo, quod per Rectores ſint infirmis Sacramenta miniſtranda, debeat utique ſervari. *160. 13.*
A Clementina *Quoniam de Vit. & Honeſt. Cleric.* ſuam recipit interpretationem Conſtitutio Sa: Me: Sixti V. incipiens = SACROSANCTAM = 103.
Hujuſmodi Clementina ſtatuit pœnas tàm contra Clericos Beneficiatos, quâm contra Religioſos virgata, vel partita veſte publicè utentes. 101. 2.
Clementina *Religioſi de Decim.* locum non habet in Animalibus, quæ per Religioſorum ſuorum Donatos, ſeù Oblatos tenentur. 133. 5. Procedit ſi tales Oblati verè, & non fictè Religioni ſe, & ſua obtulerint. Ibid.
Clementinæ *Si Dignitatem de Præbend. & Dignitat.* intellectus. 105.
Clementina *Si plures de Præbend. & Dignit.* nil diſponit, quando ad tempus conceditur diſpenſatio. 108.
Clementina *Sæpe contingit de Verbor. Signif.* quando locum habeat. *269.* 1. An procedat in Cauſa Criminali. 270.
Clementina *Statutum de Elect.* qnando locum non habeat. 28. 5.
Clementinæ *Teſtibus de Teſtib.* diſpoſitio ceſſat parte conſentiente. *67.*
Clementina *Ut Calumniis de Sentent. & re judicat.* locum habet etiam, ubi ex Statuto duæ ſententiæ conformes habentur vim trium. 80. Declaratur hujuſmodi Clementina. Ibid.
Clementina *Ut Conſtitutio de Jurepatr.* loquitur de Jurepatronatu hæreditario, & non gentilitio. *163.* Procedit in Patrono Eccleſiaſtico, & non in altero, qui ſit Laicus. Ibid.
Clementina *Ut Profeſſores de Regular.* locum ſibi vindicat quando Mendicantes licitè ad non Mendicantes tranſeunt. 137. Non comprahenduntur ſub hac Clementina Moniales Ordinis Prædicatorum, Minorum, aut alterius Ordinis non Mendicantium. Ibid.
Clerici officium Lanionum, aut Tabernariorum exercentes pœnam amiſſionis privilegii Clericalis incurrunt. *98.* Trina tamen præcedere debet monitio de deſiſtendo *99. 6.* Ter moniti non deſiſtentes, vel talia reſumentes Officia, ſi Conjugati perpetuò Clericale perdunt privilegium. *99.* 7. Si vero non Conjugati, ut Laici incedentes Canonis privilegium amittunt. *99.* 8. Non valent negotia exercere ſæcularia. 100. *16.* Item arma geſtare. *99.* 11. In habitu, & Tonſura non incedentes privantur penſionibus. 103. Limit. ſi annuos ſexaginta ducatos auri de Camera non excedant. Ibid. *Uti* publi-

publicè non debent caligis rubei, aut viri coloris, nec corrigiis auro, vel argento ornatis. 102. 8.
Modeſtiam Ordinis Clericalis abiicere non debent. 174.2. Nec Canes Venaticos tenere, & ſecum ducere ad Eccleſiam. 175.6. Debent in Veſtibus decentibus deſervire in Eccleſiis. 175.9. Commenſales Cardinalium, vel Epiſcoporum poſſunt idem recitare officium, quod dicunt eorum Dominio. 176.
In Coemeterio non ſunt Choreæ ducendæ, nec aliud ſimile peragendum. 157.7.
Compromiſſum impedit anni præfixi curſum ad appellandum. 93. 1. Procedit poſt acceptationem ab Arbitro expletam de Compromiſſo in ſe facto. Ibid.
Concilium Viennenſe conceſſit Epiſcopo facultatem uniendi Eccleſiam alteri Eccleſiæ, ſeu Dignitati, vel Præbendæ accedente ſui Capituli conſenſu. 116.1. Hodiè verò ſinè Papæ authoritate fieri hujuſmodi unio non poteſt. Ibid. Providit circa effuſiora Regularium privilegia, & Bonifacii VIII. Sanctionem a Benedicto XI. jam abrogatam in priſtinam reſtituit auctoritatem. 127. 1.
Congruam ob Patronorum negligentiam debet Dioeceſanus aſſignare Presbyteris, vel Vicariis Eccleſiarum onera ſupportantibus. 163.7. In ejus taxatione multum eſt Epiſcopi judicio deferendum. 163. 5.
Conſiſtorium eſt locus ubi in audiendo ſedet Princeps. 86. 7.
Conventio inter plures Compatronos intra circa materiale juris præſentandi exercitium non ſolum ſine Beneplacito Apoſtolico ſubſtinetur, ſed etiam ſine Ordinarii aſſenſu. 165. 4.
Corona dicitur Capitis circulus, & de quolibet fit metallo. 75. 10.
Crimen læſæ Majeſtatis committi haud poteſt a non Subdito. 87. 14.
Cucullarum genus duplex; alterum longum, & latum ſinè manicis, & Cappuccium, ſeu Cappa vocatur. Alterum verò longum, & amplum cum Manicis, & denominatur floccus. 144. 5.

D

Ex DAtariæ ſtylo non ſolent Apoſtolicis in Brevibus decerni deputationes ad partium inſtantias, ſed ſemper dirigi vel Generalibus Epiſcoporum Vicariis, vel aliis Perſonis Eccleſiaſtica in dignitate conſtitutis. 9.
Debitor, ſi epiſtola recepta, ſuam non explet deputationem, ſed tacet, ex hujuſmodi acquieſcentia inducitur debiti confeſſio. 41. 2.
Decima, de qua agitur in Clementin. *Si Beneficiorum de Decim.* ſolvitur

 de

de Beneficiis. 134. 2. Eſt exigenda ſecundum taxationem conſuetam. Ibid. Quæ in pecunia debetur, ſolutio eſt facienda de pecunia conſueta, & in loco currente. 134. 3.

Decimarum præſtatio juxta conventam menſuram facienda, ſi temporum ſubindè viciſſitudine in deſuetudinem abierit, tunc ſupplenda erit vel cum alia proportionata menſura, vel æſtimatione eidem correſpondente. 134. Exactores, ſivè Collectores non poſſunt capere libros, Calices, aliaque ornamenta ad Eccleſiaſticum uſum deputata. 134. 4.

Decimarum cauſæ ſummariè pertractandæ. 49. 3. Poſſunt a præcepto cum monitione ſub excommunicationis pœna inchoari. Ibid. Illarum cognitio ad Eccleſiaſticum ſpectat Forum. Ibid. Procedit, quando cauſa agitur in petitorio, & non poſſeſſorio judicio. Ibid.

Decimæ dicuntur ſpirituales eo ipſo, quod ratione Eccleſiæ, & ſpirituali ex cauſa debentur. 50. A Laicis detentæ non poſſunt abſque Beneplacito Apoſtolico in alios Laicos transferri. Ibid. Limit. in illis ante Concilium Lateranenſe tertium ſub Alexandro III. expletis. Ibid.

Decimæ deberi poſſunt exemptis, nec eis ſolvi prohibere valent Prælati. 215. 3.

Defenſiones legitimæ, & citationes omitti non debent in Cauſis etiam Summariis. 270. 5.

Denunciatio nil aliud importat, quàm notificationem factam Populo, ut ſciat quem debeat vitare. 221. Fieri poteſt tàm in cenſura hominis quàm in illa legis. Ibid.

Denunciatio, quae vigore Clementinæ *Religioſi de Privileg. & Exceſſib. Privilegiat.* fieri debet ab Epiſcopo locum tantùm habet in illis caſibus in Clementina expreſſis, dum ad alios non ſe extendit. 221.

Deſtinata quæ ſunt ad certós pios uſus non poſſunt ſubindè ſine Papæ auctoritate in alios converti. 158. 1.

Diadema propriè dicitur Corona Imperialis, vel Regia. 75. 10. Fit ſolùm de auro, & lapidibus prætioſis. Ibid.

Dignitas electiva non compræhenditur in gratia ad dignitatem pertinentem ad quamlibet diſpoſitionem quorumcumque. 105. 4. Debet narrari, quod ſit electiva. Ibid.

Dignitatem adeptus annexam habentem proebendam perdit primam, quam poſſidebat. 110. 1. Locum habet poſt adeptam ſecundi beneficii pacificam poſſeſſionem. 110. 2.

Dignitates plures Eccleſiaſticas poteſt quis per diſpenſationem retinere. 104. 1.

Dioeceſani, ob negligentiam Abbatum, ad quos Beneficiorum collatio ſpectat, poſſunt conferre. 32. 1. Debent tamen Beneficia, quæ per Sæculares adminiſtrabantur Sæcularibus; quæ vero per Regulares Regularibus conferre. 32. 2. Et Religioſis ejuſdem Ordinis ſunt conferenda. Ibid.

Diœceſanus appellatur Epiſcopus ratione ſuæ Diœceſis. 33. 6. Nullum patitur præjudicium per quamlibet moram Epiſcopi a ſua Diœceſi pulſi. 54. 8.

Diſciplina ubi contemnitur Religio naufragatur. 150. 1.

Diſtributiones quotidianæ dantur illis, qui ſtatis horis Divinis interfuerunt Officiis. 36. 3. Earumdem dimidia pars eſt illis ſubtrahenda, qui intra annum ſe promoveri non fecerint ad Ordines ſuis annexos præbendis. 36. 4.

Doctorandi poteſtas vel competit ex Apoſtolico Privilegio, vel ex conſuetudine, vel denique ex jure communi. 193.

Doctoratui debet juramentum praemitti. 192. 4. Per Doctoratum confertur honor Perſonæ graduatæ. 192. 2.

Doctoris qualitas perhibet ſcientiæ, & doctrinæ teſtimonium. Ibid.

Dominica prima Menſis illa dicitur, quæ immediatè, & illicò poſt cujuſlibet Menſis Kalend. advenit. 144. 7.

E

UNA tantùm eſt univerſalis Chriſtianorum Eccleſia, extra quam nullus ſalvatur. 218. 30. Eſt Chriſti Sponſa immaculata. 5. 1. De iis, quæ fortis ſunt non judicat. 194. 2.

Eccleſia in Cathedrali habentes officium, cui certus ſit ordo annexus tenentur intra annum, niſi juxtum adſit impedimentum, illum accipere, & per ſe miniſtrare. 36. 2.

Eccleſiæ competit in integrum reſtitutio ſemel ac per ipſam juſtificata remanet leſio. 44. Et audiri poteſt etiam per terminum peremptorium. Ibid. Non fit reſtitutio niſi ad tantum temporis, quantum Eccleſia ſe leſam probaverit. 45. 3.

Eccleſiæ Cathedrales facultatum præſidio deſtitutæ, quæque Clero, & Populo Chriſtiano cavent non poſſunt Mendicantibus, vel Regularibus conferri. 25. 1. Pœnæ Regularium faciendum ſe ad has Eccleſias promoveri, quæ ſint. 26. 3. & ſeq.

Eccleſiæ Parochiales in Monaſterii menſam pleno jure translatæ eam ſortiuntur qualitatem Beneficiorum regularium non conferibilium in titulum, ſed in ſimplicem contemporaneam adminiſtrationem. 217. 22.

217. 22. Numquam propriè vacare dicuntur per mortem illius, quibus ad firmam ſunt fructus conceſſi. 217. 23.
Eccleſiæ Regulares habent jus ſepelliendi Extraneorum Cadavera ibidem habentium, vel eligentium Sepulturam. 130. 7.
In Eccleſiis Cathedralibus vocem in Capitulo non habet qui non eſt in Subdiaconatus Ordine conſtitutus 35. 1. Procedit etiam in Collegiatis. Ibid.
In Eccleſiis loco Religioſo ſubjectis poſſunt per Cappellanum Sæcularem Sacramenta miniſtrari. 215. 10.
Edictum debet affixum remanere per totum terminum in eo contentum, 47. 3.
Ab electione activa, vel paſſiva nullus valet ex Cardinalibus excludi ſub quovis prætextu ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti. 19. 9.
Electiones Regularium circa diſcordiam, & numeri minoritatem intelligitur juxta Bonifacii Conſtitutionem, de minoritate facti, non juris fictione. 26.
Electioni opponens, ſi in appellationis ſcriptura non ſint expreſſæ debitæ criminum, defectuumve circumſtantiæ, non eſt ſubindè ſuper iis audiendus. 23. 2. Procedit etiamſi inter de novo illas ſciviſſe. Ibid.
Eligendus debet ejuſdem eſſe ordinis. 15. Aliàs electio irrita prorſus eſt, & inanis. 15. 3.
Emolumenta Eccleſiarum Vacantium tempore vacationis obvenientia ſunt ſucceſſoribus reſervanda, 27. 1. Ea dicuntur, quæ ex juriſdictione, & ſigillo Curiæ proveniunt, & quæ adeſſent ſi non vacarent. Ibid. Detrahendæ ſunt rationabiles expenſæ, quæ a juriſdictionis exercitio proveniunt. Ibid. Improbantur privilegia, & conſuetudines. Ibid.
Emtores Bonorum Eccleſiæ an gaudeant immunitate illa, qua gaudet & ipſa Eccleſia. 172. 4.
Epiſcopi ſunt Jeſu Chriſti Legati. 227. 11. Spirituales Patres, Fratres, & Coepiſcopi Papæ, & Eccleſiæ Columnæ. 227. 12.
Epiſcopi a ſuis Sedibus pulſi poſſunt ſuos Subditos aliena in Diœceſi, in qua moram traxerint judicare. 54. 5. Trahere eos non debent ſuam extra Diœceſim ultra duas Dietas. Ibid.
Epiſcopi non poſſunt ſuis Subditis prohibere, ne Religioſorum Miſſas audiant. 215. 4. Nec acceſſus ad eorum molendina, & panis coctio ad eorum furnos. 215. 5.
Per Epiſcopi negligentiam Beneficii collatio ad Capitulum devolvitur. 109. 2.

Epiſcopis de Bonis, & fructibus Eccleſiæ teſtati non licet. 28. 5.

Epiſcopi capi facientes appellantes ab eis debent puniri. 215. 8. Nullam habent juriſdictionem in Religioſos exemptos, alioſque Clericos pleno jure ſubjectos niſi in caſibus a jure expreſſis. 216. 10. Non poſſunt Eccleſias exemptas interdicere. 216. 11. Nec novos Eccleſiis imponere cenſus. 216. 15. Item nec proceſſuum publicationem & executionem ſententiarum auctoritate delegata favore exemptorum latarum impedire. 216. 16. Nec Tabellionibus inhibere, ne inſtrumentum conficiant de his, de quibus rogantur. 216. 17. Valent ab exemptis, eorumque ſubditis Charitativum exigere ſubſidium, ſed moderatum. 216. 12. Intellectus illorum verborum = NIMIUM EXCEDUNT =. 216. 13.

Epiſcopo aſſerente, ſe non potuiſſe ſuos citare expulſores plena eſt ei fides adhibenda. 54. 7.

Epiſcopus in præficiendis in Eccleſiis tenetur præficiendorum jura obſervare. 34. Debet Clerum corrigere. 39. Non debet novas imponere, vel veteres Eccleſiis augere penſiones. 33.4. Impedire poteſt ut Papæ Delegatus, ne Regularium Superiores ſuis applicent Menſis Beneficia vacantia, nec novas Eccleſiis imponant penſiones. 33.6. Limit. in Prioratibus, Eccleſiis, Adminiſtrationibus, & Beneficiis, quæ de Prælatorum Menſa exiſtunt. Ibid. Nullam valet juriſdictionem exercere extra ſui Epiſcopatus fines. 53. 1. Non poteſt ſuos coercere Subditos aliena in Diœceſi apprehenſos. Ibid. Limit. accedente Ordinarii loci licentia. Ibid. Item in Epiſcopis a ſuis Sedibus impiorum protervia pulſis. 54. 2. Debent tamen licentiam petere a Diœceſano illius loci, ubi ſedere ſolverint. 54. 6. Quo renuente procedere valent. Ibid.

Epiſcopus punire poteſt non ſolum baptizantes, qui ſine ſua licentia baptizaverint, ſed etiam aſſiſtentes. 177. 4. Limit. ſi ob periculum tempus non ſuppetat requirendæ licentiæ. Ibid. Non poteſt duo ſub eodem tecto beneficia diſpenſare. 110. Accedente etiam ſui Capituli conſenſu non poteſt Menſæ ſuæ, vel ipſi Capitulo aliquam, ſine Papæ authoritate unire Eccleſiam. 116. 3. Limit. quando unio eſt in conſequentiam, & indirecte in Capituli utilitatem. 117. Utitur privilegio celebrandi in locis exemptis Divina, & in ſua præſentia facere celebrare. 223. 3. Item habet jus celebrandi Pontificalia tam in Eccleſiis Regularium, quam in aliis exemptis. Ibid. Procedere poteſt ad cenſuras contra Regulares reſiſtentes eidem volenti in eorum Eccleſiis Pontificalia exercere. 223. Non poteſt ſub hujus conceſſionis prætextu uſurpare juriſdictionem in exemptos, aut

Digitized by Google

aut moleſtiam, vel gravamen illis inferre. 223. 4.
Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum fuit in ultima Cœna a Chriſto inſtitutum 184. 1. Denegandum non eſt damnatis ad ultimum ſupplicium. 234. 1. Item nec Sacramentum Pœnitentiæ nec Eccleſiaſtica Sepultura. Ibid.

Excommunicantur ipſo facto qui interdicti tempore ſepelliunt in Cœmeterio, aut loco ſacro publice excommunicatos, aut uſurarios manifeſtos. 120. 1. procedit in excommunicatis vel interdictis defunctis *nominatim* denunciatis, vel notoriis Clerici percuſſoribus. 120. 2. Non ſunt hujuſmodi perſonae abſolvendæ, niſi prius Diœceſani arbitrio ſatisfecerint competenter. 120. 3.

Excommunicantur quoque ipſo facto Monachi, e Canonici Regulares qui animo ſuis nocendi Prælatis ad Principum Regularium Curias accedunt. 145, 17. item qui Prælatos, eorumve Commiſſarios impediunt in Monialium viſitatione, ſi Moniti non deſiſtant. 152. 16. Pariter Mulieres, quæ Beguinarum ſectantur Statum, aut illum de novo aſſumunt. 155. 7. Similiter Regulares, qui Beguinis favent, aut Mulieres ad hujuſmodi aſſumendum Statum inducunt, aut ſuper his Auxilium, Conſilium, vel favorem præſtant. 155. 8. exigentes quoque pedagia, & guidagia a Clericis, qui res ſuas aliunde transferunt, non negociationis Cauſa. 171. 2.

Excommunicatione aſtringuntur Communitates, aliique Officiales, qui in uſurarum favorem, Statuta condunt, aut judicant. 210. 1. Item ſi talia Statuta, intra ſex Menſium ſpatium de Libris non obliteraverint. 210. 2.

Excommunicatione plectuntur percutientes, capientes, aut relegantes Epiſcopos, vel præſtantes conſilium aut favorem, aut facta ab aliis ratificantes. 226. 1. Item ſi quis temporale habens dominium cœperit Viros Eccleſiaſticos captoſve detinuerit, vel impedierit ne citati ab homine vel a jure in excommunicationem incurrit Canonis *ſi quis ſuadente*. 229. 1. Hujuſmodi Perſonæ ſi ſint Prælati ſunt a perceptione fructuum ſuæ Eccleſiæ per Triennium ſuſpenſæ. 229. 2. Si vero ſint inferiores Clerici, remanent eo ipſo obtentis Beneficiis privatæ. 229. 3.

Excommunicantur Regulares, & omnes alii Clerici Seculares inducentes aliquos medio voto, vel juramento aut pacto ſeu promiſſione ad eligendam Sepulturam in propriis Eccleſiis, & alios avvertentes, ne ſepeliantur in Eccleſiis ſibi bene viſis. 233. 6. Non afficiuntur his pœnis per ſimplex conſilium, ſive adorthationem. Ibid. Item nec Laici ligantur Cenſura hujus decretalis. Ibid.

Excom.

Digitized by Google

Excommunicantur Domini temporales cogentes aliquos in locis interdictis celebrare Divina vel per Præcones, vel Campanarum ſonitum, aut Tubicinis clangorem evocari faciunt Populum ad illa audienda. 241. 2. item ſi prohibeant ne publice excommunicati vel interdicti per eos qui Miſſas celebrant Moniti exeant Eccleſiis. 241. 3. Ligantur quoque ipſi excommunicatione, ipſi excommunicati, & interdicti, qui poſt admonitionem perſiſtere inibi præſumunt. 241. 3.

Excommunicationis exceptio opponi poteſt tam ante quam poſt litem conteſtatam. 77. 1. procedit etiamſi fuerit per Judicem aſſignatum tempus per Emptorium ad proponendum exceptiones dilatorias. 78. 2. In opponendam illius exceptione eſt ſervanda Conſtitutio Innocentii IV. 78. 3.

Excommunicationis ab incurſu excuſantur percutientes Clericum publice Canonis, & Tabernarii munus, poſt trinam Epiſcopi monitionem exercentem 98. executio ſententiæ an retardetur ſi contra executionem difinitive ſententiæ opponatur exceptio pendentiæ appellationis interlocutoriae. 80. 3.

Exempti non tenentur præſtare ordinario Juramentum fidelitatis & obbedientiæ. 216. 19.

Expreſſio Beneficii Curati fieri debet per verba diſpoſitiva non vero per conditionalia. 105.

Expulſores Epiſcoporum ſunt perſonaliter in Civitate vel Diœceſi, ſi inveniantur nitandi: Si vero ſint extra, debent ad Domum, ſi tutus eſt acceſſus citari: Alioquin in Eccleſia Cathedrali, vel ubi domicilium habent. 54. 3. Si vero propter eorum metum citari haud poſſint, ſunt in principalibus locorum Eccleſiis promulgandæ citationes, lapſoque termino poſſunt Epiſcopi procedere. 54. 4.

F

Pro Fabrica Eccleſiæ legatum factum FF. Minoribus ſubſtinetur 264. Non procedit ſi tempore, quo legati dies advenit Eccleſia erat undique completa. Ibid.

Facultas Regularibus a Clementina *Dudum de Sepultur.* conceſſa circa prædicationem multum eſt hodie reſtricta. 128. 5.

Fatalia non currunt contra impeditum. 92. 2. Debet tamen impedimentum non ſolum probari, ſed etiam eſſe inevitabile. 93.

Feneſtræ in Eccleſiæ muro ob reverentiam illi debitam non ſunt conſtruendæ. 239. 1.

Feſtum Corporis Chriſti debet ſingulis annis feria quinta poſt Octavam Pentecoſtes celebrari. 184. 2.

Fra.

Fratres Prœdicatores, & Minores in vim Clementin. *Dudum de Sepultur. in §. in Studiis autem generalib.* poſſunt in tribus caſibus abſque alia licentia prœdicare, nempè in funeribus Defunctorum, in Feſtis ſuis peculiaribus, & in generalibus Studiis. 129.

Fratres Minores tenentur a Feſto omnium Sanctorum uſquè ad Nativitatem D.N.J.C. & qualibet feria ſexta jejunare. 261.8. Item Eccleſiaſtica ſervare jejunia. 261. 9. Non poſſunt pecuniam recipere, nec ad pecuniarum oblationem retinere in eorum Eccleſiis Cippos, & Truncos. 262.11. Sunt Succeſſionum omnium incapaces. 262. 17. Non poſſunt habere annuos redditus quum inter Bona immobilia computentur. 263.19. Procedit etiamſi relicti appareant adjecto Miſſarum onere. ibid. Poſſunt tamen legata pro Miſſis, ſeu Officiis a ſponte offerentibus accipere. 264. Non ſolum teſtari non valent, & eſſe in judicio, ſed nec etiam poſſunt executoris officium exercere 266. 23. Similitèr habere non valent Vineas, aut Hortos ad vendendus fructus. 266. 24. Fratribus Minoribus eſt interdictum proprium tam in ſpeciali, quàm in communi. 262. 16. Licitum non eſt annuos habere cenſus, vel poſſeſſiones. 265. 20. Nec licet annuos redditus jure actionis petere. 265. 22. Multoque minus per Syndicos, Miniſtros, ſeu Procuratores. ibid. Nec pro annuis legatis moleſtiam inferre hæredibus nec per ſe, nec per Syndicum Apoſtolicum. Poſſunt tamen ratione eleemoſinæ liberè percipiendæ, & gratis ab hæredibus dandæ annuos obtinere redditus. Ib

Fructus Beneficii ſunt illi reſtituendi, qui in fine litis plenam obtinuit victoriam. 62. 2.

Fundatio novi Conventus non ſolum Parochi conſenſum, ſed etiam aliorum Regularium poſſidentium Conventos conſtructos extra Civitatem intra quatuor milliaria. 232.

G

Gabellam pedagiorum ſolvere non tenentur Clerici de omnibus rebus propriis, quas non negociationis cauſa, deferunt, ſive deferre faciunt, ſivè tranſmittunt. 171. 1.

Granaria habere non licet Fratribus Minoribus. 266.26. Superiorum arbitrio remittitur quando dictis Fratribus ſit licitum habere tàm Granaria, quàm Cellas Vinarias. 266. 27.

Gratiam expectans de beneficio vacaturo, ſi antequam gratia ſuum ſortiatur effectum aliud obtinet beneficium incompatibilia cum promiſſo, ſeu expectativa perdit primum. 12. 1. Procedit quando alterius incompatibilis adeptio eſt pacifica. 12. 2.

Gra-

Gratia ad beneficium vacat unum non ſe extendit ad alterum poſt ipſam datam creatum. 13. 1.

Gratia remanet ſubreptitia ſi qualitas non exprimatur, quod *Cura immineat animarum*. 104. 2. Ut in gratia *animarum cura* contineatur, individualiter eſt habenda de illa ſpecifica mentio. 105. 3. *De cura* non cenſetur facta ſpecifica mentio ex eo, quod in gratia dicitur, quod *animarum cura ſi qua imminet nullatenus negligatur*. ibid.

Guidagia, & pedagia exigentes a Clericis, qui res ſuas, non negociationis cauſa aliundè transferunt ſunt excommunicati. 170. 2.

H

Habitus unica dimiſſio apta non eſt ad inducendam penſionum privationem in Clerico non incedente in habitu, & tonſura, 103. Requiritur perſeverantia. Ibid.

Henricus VII. ingreſſus Italiam recepit Mediolani argenteam Coronam, in Eccleſia Sancti Ambroſii. 76. 16. Contigit ejus Coronatio anno 1308. 76. 18. Fuit ſacra linitus unctione non in Vaticana in Altarè S. Mauricii, uti moris erat, ſed in Eccleſia Lateranenſi. 77.

Hæreſis eſt deviatio a fide Chriſti, & Catholicæ Religionis cum pertinacia. 211. 6.

Homines diſparis profeſſionis, vel habitus non debent eiſdem in Monaſteriis ſociari. 14. 1. Procedit quandò ſocialitèr, & conventualitèr uti unum Corpus congregantur; Secùs verò ſi uti ſinguli. 15.

Horas Canonicas debent Eccleſiæ Miniſtri Deo offerre cum conſcientiæ puritate, & animi devotione. 174. 3. Sunt horis debitis in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Eccleſiis pſallendæ. 175. 10.

Hoſpitalia non ſunt Sæcularibus Clericis in beneficium conferenda. 158. 6. Limit. niſi ſecus fuerit in illorum fundatione conſtitutum. 158. 7. Sivè per electionem ſit illis de Rectore providendum. Ibid.

Hoſpitalia ſivè ex legis fundatione Clericis conferantur, ſive debeant per electionem provideri, utroque in caſu locum habet diſpoſitio *Clementina per Litteras de Praebend.* ut ſcilicet appellatione beneficii non veniat Hoſpitale. 159.

Hoſpitalium, xenodochiorum, & leproſariorum Domini debent compellere Rectorem in reformando, & in priſtinum ſtatum reducendo occupata, de perdita, & alienata, & ad receptionem, & debitam miſerabilium Perſonarum ſuſtentationem. 158. 3. Illorum gubernatio eſt committenda Viris providis, idoneis, ac boni teſtimonii, qui ſciant, & valeant regere, & proventus fideliter diſpenſare,

ſare. 159. 8. Eorum adminiſtratores aſſimilantur Tutoribus, & Curatoribus. 160. 9. Debent juramentum proeſtare, ac de Bonis inventaria conficere. 160. 10. Et Ordinariis, vel deputandis ab eis ſingulis annis de ſua adminiſtratione rationem reddere. 160. 11. Limit. in Hoſpitalibus militarium Ordinum, & Religioſorum, in quibus regularis viget obſervantia, dum tota eorum cura, & inſpectio ad Prælatum Ordinis, ſeu Monaſterii ſpectat. 160. 12.

De Hoſpitalium redditibus, & proventibus non eſt Decima Papalis ſolvenda. 160.

In Hoſpitalibus, in quibus viget conſuetudo, quod per Rectores Sacramenta miniſtrentur, eſt utiquè ſervanda. 160. 13.

I

ILluſio, & variatio damnanda in Perſonis Eccleſiaſticis. 29. 1. Limit. quando res eſt integra. Ibid.

Impenſæ, quæ Eccleſiæ cultum, & ornatum reſpiciunt ſunt ab eo tantum ſubeundæ, qui habitualis Parochi vicet præſefert. 163. Non demendæ de Vicariorum congrua. Ibid.

Imperator electus approbationem accipit a Romano Pontifice. 73. 1. Triplici olim coronabatur Corona, quarum altera erat ferrea; ſecunda Argentea. Tertia denique Aurea. 74. 4. Tria ab Eccleſia, ſeu a Papa recipit; ſcilicet unctionem, conſecrationem, & diadema. 75. 9. Eſt defenſor fidelis, & Eccleſiæ devotus. 75. 11. Jurat CONSTANTINI *donationem* non infringere. 76. 16. Ante coronationem non utitur aurea Bulla, ſed ſigillo. 77. 19. Tollere non poteſt defenſionem, quæ eſt de jure naturali. 87. 17.

Immemorabilis apta de per ſe ſola non eſt ad ſuſtinendas Decimarum conceſſiones favore Laicorum expletas, niſi privilegii obtenti ante Concilium Lateranenſe III. ſub Alexandro III. fama adjungatur. 50.

Imperiti docendi honorem nòn debent aſſequi. 192. 3.

Impetrans dignitatem exprimere debet, quod ſit electiva. 105. 4.

SSm̄um Inquiſitionis Tribunal ortum duxit ad initium Sæculi XIII. poſt abſolutum Concilium Lateranenſe IV. 199. In Fidei augumentum fuit inventum. 199. 1. Ante ſuum exordium ad Epiſcopos ſpectabat onus inquirendi, & puniendi Reos. Ibid. Hodie ſuper Inquiſitionis negocio proceditur per Diœceſanos, & Inquiſitores a Sede Apoſtolica deputatos ſimul convenientes. 199. 2. Quædam poteſt unus ſine altero agere. 199. 3. Quæ ſint. Ibid.

Inquiſitor ſine Epiſcopo, aut ejus Vicario, & Epiſcopus ſine Inquiſitore

non poteſt ad torturam, vel ad ſententiam procedere. 200. 4. Limit. ſi infra octo dierum ſpatium, poſtquam invicem ſe requiſierint copia habere non valeat. 200. 5. Quando poſſit alteruter ſuas committere vices. 200. 6.

Inquiſitor procedere poteſt contra pertinaciter affirmantem exercere uſuras non eſſe peccatum. 211. 5. Concurrente in negociis fidei Epiſcopo cum Inquiſitore quis præferatur. Ibid.

Inquiſitores cavere debent, ne aliquid alicui imponant. 202. 17. Qui odii, gratiæ, vel amoris lucro, aut odio, & animo calumniandi vexare inſontes præſumpſerint ſunt per triennium ab officio ſuſpenſi. 202. 18. Et eorum ſubſtituti excommunicationis ſententiam incurrunt. 202. 19. Non poſſunt a Reis prætextu Inquiſitionis pecunias modo illicito extorquere. 204. 2. Nec Clericorum Bona ob eorum delicta Fiſco etiam Eccleſiæ applicare. 204. 3. Poſſunt licentiam concedere arma deferendi ſuis Familiaribus. 205. 5. Non poſſunt tamen abuti, nec multos habere Officiales. 205. 6.

Inquiſitorum aetas debet annum quadrageſimum attingere. 204. 1.

Innovatio facta lite pendente a vitio attentatorum ſalvari non poteſt. 60.

Intimatio ſi perſonaliter fieri non poſſit eo quia appellatus ſit abſens, nec Procurator ad ſuæ habitationis domum inveniatur, eſt facienda vel in Cathedrali, vel in Beneficio, de quo agitur. 21. 2. Si vero ad Domum tutus non ſit acceſſus, tunc debet in aliquo loco ſolemniter publicari, ut veroſimiliter vel ad appellati, vel procuratoris notitia perveniat. 21. 3. Poteſt etiam fieri in Cœmeterio, vel Clauſtro, vel intra ejuſdem Eccleſia ſepta. 22. in fin.

Intimatio facta contra formam Clementinæ *Cauſam* omni caret juris effectu. 21. 4.

Irregularitatem ex commiſſo homicidio non incurrunt infantes furioſi, & dormientes. 208. 1. Item qui mortem vitare non poteſt, vel aliter ſibi conſulere, quam aggreſſorem necare, aut mutilare. 208. 2.

Judæis ſubtrahitur Chriſtianorum commercium eo ipſo, quod Regum, & Principum utuntur privilegio pro repellendis Chriſtianis a teſtimonio contra ipſos ferendo. 66. 3.

Judex, cui per Papam fuit commiſſa Teſtium receptio in Civili, vel proviſio aliquibus facienda, ſi fuerint idonei reperti, poteſt alteri ſuas committere vices. 38. Procedit juſta accedente cauta. Ibid.

Judex Ordinarius non poteſt de jure Canonico per Edictum procedere. 47. 1.

Judex *delicti* non aliter poteſt reum abſentem citare, quam ſi fuiſſet in eodem diſtrictu inventus. 87. 12.

Digitized by Google

Judex appellationis aliam non valet cauſam tractare, quam eam, in qua fuit appellatum. 95.
Judex *ad quem* non poteſt appellatione deſerta in cauſa procedere, accedente etiam partium conſenſu. 96.
Juramentum exigi valet per Nuncium, ſeu Procuratorem. 76. 13. Quod ab Imperatore Papæ præſtatur, eſt fidelitatis. 76. 15. Ejus forma. 76. 14.
In juramento Corporali requiritur Evangeliorum tactus. 201. 13.
Juriſdictio contentioſa ſicut cohæret loco, ſeu Territorio ita nullus Antiſtes poteſt in aliena Diœceſi illam exercere. 53. Limit. in Epiſcopis a ſuis Sedibus impiorum protervia pulſis. 53. 2.
Juriſpatronatus qualitas de jure præſumitur hæreditaria. 164. 1. Potiſſimum quando fundationis, & donationis inſtrumentum non exhibetur. Ibid. Ad eum ſpectat, in quo qualitas adeſt hæreditar a. 165. 2. Ad Juſpatronatus plures collectivo nomine vocati unam tantum inſimul vocem habere cenſetur in præſentatione Rectoris, eo quia in Stirpes, & non in Capita ſuccedunt. 165. 3. Et tanta eſt unius vox, quam altera centum. 166.
Juſpatronatus quando ad Collegium, ſeu Familiam ſpectat, tunc Stipitum ratio eſt habenda; Et in iſtis terminis loquitur *Clem. Plures de Jurepatr.* 166.

L

Laici imponentes gabellas, & onera Eccleſiaſticæ libertatis læſiva incurrunt Cenſuras Bullæ Cenæ Domini. 186. Item exigentes ab Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque Perſonis exactiones quaſcumque. 186. 2. Similiter dantes conſilium, auxilium, vel favorem. 186. 3.
Legatum annuum Fatribus Minoribus relictum pro vino, tritico pro Miſſæ Sacrificio, oleo pro Lampadibus, ornamentis Altarium, & Calicibus ſubſtinetur. 264. Procedit etiam ſi nulla habita ſit ſpecialis mentio ſacræ ſuppellectilis. Ibid. Item legatum annuum factum Infirmariæ. Ibid. Pariter legatum pro emendis, imprimendiſque libris. Ibid.
Legata facta FF. Minoribus, quæ unica ſolutione, ſeu præſtatione adimplentur tam in pecunia numerata, quam in aliis ſpeciebus ſuſtinentur. 263. Duo tamen debent copulative concurrere. Primo quod legatum fiat modo licito, atque ipſis Fratribus juxta eorum Conſtitutiones permiſſo, hoc eſt, ut in ſuis neceſſitatibus convertatur, vel nullus explicetur uſus. Ibid. Secundo quod legati quantitas conve-

veniat ſummæ paupertati, quam Fratres Minores profitentur. Ibid.
Lex Superioris non poteſt per inferiorem abrogari. 17. 1.
Licentia a Superiore conceſſa Religioſo, ut propriæ electioni, vel proviſioni ſuum preſtet conſenſum non valet. 28.
Linguæ fideles, quæ totum dividunt Orbem ſunt tres. *Hebraica*. *Græca*. *Latina*. 191. Hujuſmodi Linguarum Profeſſoribus ſunt danda ſtipendia. 191. Eorum electiva ad quos ſpectet. Ibid.
Lite pendente nil innovandum. 59. 1. Quando pendere dicatur. 59. 2.
Lite pendente in Curia Romana ſuper Cauſa beneficiali lata una ſententia diffinitiva contra poſſeſſorem, poteſt Ordinarius Beneficii ſequeſtrum decernere. 61. 1. Procedit etiamſi Beneficium ſit dignitas; vel Perſonatus, & annexam habeat animarum curam. Ibid. Pariter ſi ſententia Rotalis ſit revocatoria alterius de Partibus. Ibid.
Sub Litteris generalibus ſuper Clericorum proviſione non includuntur Xenodochia, Leproſaria, Eleemoſinaria, & Hoſpitalia. 106. 1. Nec eorum Eccleſiæ, & Jura Spiritualia. 106. 2. Etiamſi proviſio ſub quavis forma demandetur. 106. 3.
Litium prorogatio avertenda. 49. 1.

M

MAcellarii dicuntur ex quo pecora, vel quadrupedia mactanta *macello as*, quod eſt mactare, & trucidare. 98. 2.
Mandatum majora non complectitur, quam ſint in procuratorio expreſſa. 43. 2.
Matrimonia contrahentes cum Conſanguinea, vel Affini in gradu prohibito excommunicantur. 187. 1. Item qui cum Monialibus contrahere minime verentur. 188. 2. Similiter Religioſi, & Religioſæ profeſſæ. 188. 3. Et demum Clerici in ſacris conſtituti, qui matrimonia contrahunt. Ibid.
Mendicantes ex inſtitutione fundatione, ſive regula ſunt FF. Prædicatores, Minores, Eremitæ S. Auguſtini, & Carmelitæ. 136. 1.
Mendicantes licite, & cum Papæ licentia ad non Mendicantes tranſeuntes nec jus ſuffragii, aut locum in Capitulo valent habere. 136. 3. Nec officia quæcumque obtinere, nec animarum curam vel pro ſe, vel pro aliis gerere. 136. 4. Et acta in contrarium irrita omnino ſunt quocumque non obſtante privilegio. 136. 5.
Mendicantes ſine Sedis Apoſtolicæ licentia poſſunt ad Cartuſianos tranſire. 137.
Miſſarum ſolemnia ſunt horis debitis in Cathedralibus, Regularibus, & Col-

Collegiatis Eccleſiis celebranda. 175. 10.
Monachi nigri tenentur deſuper portare veſtes nigri, ſeu bruni coloris, quæ nec in qualitate, & panni ſubtilitate modeſtiam. 144. 3. Eorum veſtis ſuperior. Ibid. Uti debent Caputiis juxta Abbatiis diſpoſitionem. Ibid. Quæ eorum Calceamenta. 144. 4.
Monachi Benedictini non poſſunt vacare venationibus, aucupiis, nec Canes & aves venaticos alere, vel tenere. 145. 10. Accedentes ad Principum Sæcularium Curias animo ſuis nocendi Prælatis, & Monaſteriis excommunicantur ipſo facto. 145. 17. Non deferentes Sæculares, & Caputia, ſuſpenduntur ab officio, vel adminiſtratione ſibi commiſſa; Et ſi nullam habeant adminiſtrationem inhabiles per idem tempus fiunt ad aliquod obtinendum officium, aut adminiſtrationem. 145. 14. Sine Abbatum licentia arma tenentes excommunicantur. 146. 18. Non debent in ſuis Prioratibus, & Adminiſtrationibus ſoli habitare, ſed duo ad minus eſſe debent. 146. 19. Tenentur ad Abbatis monitionem, excuſatione legitima ceſſante ad omnes Ordines promoveri. 147. 26. Non poſſunt aliquid proprium habere. 147. 28. Circa eſum Carnium, uſum Camiſiarum, proprietatis abdicationem, ſilentium, & Capituli celebrationem de triennio in triennium tenentur ſervare *Innocentii IV.* Conſtitutionem. 148.
Monachorum religio Ager Dominicus appellatur. 143. 1. In eorum Monaſteriis debent eſſe Magiſtri, qui primitias doceant Novitiis ſcientias, ſi Monaſterii ſuppetant facultates. 147. 27.
Monachus non poteſt Procuratoris officium exercere etiam pro Religioſis ſui, vel alterius Monaſterii. 42. 1. Nec alium conſtituere valet procuratorem, ſeu ſubſtituere. 42. 2.
Monaſteriorum Monialium duæ ſunt ſpecies, quorum aliqua ſunt exempta nullum recognoſcentia Superiorem, niſi Papam. Alia vero ſunt exempta, quia Ordini ſubſunt exempto, ut ſunt Monaſteria S. Benedicti, Camaldulenſium, & ſimilium. 150. 3.
Moneta, quæ de tempore contractus currebat, ſi non inveniatur ſupplenda eſt cum alia moneta alteri correſpondente. 134.
Monialium Status triplex. Quædam Papæ immediate ſubſunt; quædam Diœceſanis; aliæ demum ſuis inferioribus Prælatis. 150. 2.
Monialium Monaſteria exempta, & non exempta tenentur Epiſcopi annis ſingulis viſitare. 150. 3. Exempta auctoritate Apoſtolica per eos viſitantur. 150. 4. Non procedit in Monaſteriis exemptis ratione Medii exempti, cui plene ſubſunt, quia debent viſitari per Prælatos, quibus ſubſunt. 150. 6. Non exempta Ordinaria auctorita-
Digitized by Google

ritate per Epiſcopos viſitantur . 105. 5.
Per mortem Prælati, ſive Eccleſiæ Rectoris expirat officium Procuratoris ab eo conſtituti . 43. 1. Procedit etiam quoad Cauſas jam incæptas, & in quibus ipſe Procurator fuit litem conteſtatus . Ibid.
Mortis pœna ferri non poteſt in abſentem . 85. 1.
Mulierum nomine compræhenduntur Virgines, nuptæ, & Viduæ. 154.1.

N

NEgotia ſæcularia a Clericis vitanda . 100. 10.
Negociatio lucrativa non dicitur, ſed potius oeconomica tranſmiſit ad alienas Terras, & Civitates frumenti, Farinæ, Vini, Olei, aliorumque fructuum ex Clericorum Bonis collectorum, etiamſi Clerici id facerent, ut carius hujuſmodi res vendant . 171.
Nomine Prælatorum veniunt tam Abbates, quam alii Superiores Regulares . 128. 2.
Notarius SSmæ Inquiſitionis, dum aſſumitur in cauſa inquiſitionis tenetur jurare de fideliter exercendo ſuum officium . 202.
Noverca ſicut ſe habet quoad privignos, ita ad juſtitiam præcipitantis Judicis voluntas . 85. 3.
Novitio FF. Minorum in vim regulæ S. Franciſci libera facta eſt facultas de bonis ſuis diſponendi ſecundum quod Dominus ſpiraverit. 261.4.
Novitiis Monachorum nigrorum eſt fidelis dandus inſtructor, qui eos Divinis in Officiis, regularique Diſciplina inſtruat . 144. 9.

O

OFFICIA Sæcularia non debent Clerici exercere . 100. 10.
Officiales Inquiſitorum ſi ſciant, & poſſint probare, Inquiſitores modo illicito poecunias a reis extorquere tenentur ſuis Superioribus denunciare . 205.4.
Circa Officiales Sanctiſſimæ Inquiſitionis nempè Carcerum Cuſtodes, Miniſtros, alioſque Subſtitutos, eorumque obligationes videri poſſunt paginæ . 201. & ſeqq.
Officialis principalis Epiſcopi valet a Papa delegari . 8. 1. Nomine Officialis venit Vicarius Epiſcopi . Ibid.
Officium Divinum eſt in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis debito ritu, & cultu horis debitis celebrandum . 174. 4. Non ſyncopando verba, nec varia miſcendo colloquia . Ibid.
Officio Corporis Chriſti præſentes quas lucrentur indulgentias . 184. 3.

Ordi.

Digitized by Google

Ordines tres tempore naſcentis Religionis Seraphici S. Franciſci emanarunt; Quorum alter fuit Maſculorum inititutus Anno 1208. Alter fuit Mulierum anno 1212. inſtitutus ſub Vexillo S. Claræ. Tertius denique fuit *Pænitentium*, qui ſubindè nuncupatus extitit tertius Ordo inſtitutus anno 1221. 242. 1.

Ornamenta Eccleſiaſtica non debent eſſe vilis precii, ſed decentia juxta Eccleſiæ facultatem. 175. 8.

Ordinarii locorum curare debent, ne xenodochiorum, leproſariorum, ſeu Hoſpitalium redditus ab aliis uſurpentur. 159. 4. Procedere poſſunt etiam contra exemptos. Ibid. Contradictores quoſcumque per Cenſuram Eccleſiaſticam, & aliis juris remediis compeſcere. 159. 5.

P

Papa ſi olim moriebatur extra locum audientiæ Cauſarum fiebat Succeſſoris electio in loco, in quo erat Curia Cauſarum. 18. 6. Hodie vero ſi extra Curiam ejus ſequatur obitus, Romæ eſt ejuſdem electio celebranda. 19. 7. Omnimodam habet de jure poteſtatem conferendi totius Mundi beneficia. 58. 6. Conſecrat Imperatorem, inungit, & ſuis coronat manibus. 74. 3. Imperium a Græcis tranſtulit in Germanos, 74. 5. Conceſſit Germaniæ Principibus jus, & poteſtatem eligendi Imperatorem. 74. 6. alia utitur bulla ante Coronationem, quàm poſtea. 77. 19. Poteſt per ſuas litteras conferre quorumcumque Epiſcoporum beneficia, & conferri mandare. 109. 1. Omne debet ſtudium adhibere, ut errantes in viam inducat veritatis. 190. 1.

Papa Dei vices gerit in Terris. 190. 2. Si ſuis in litteris, ſeu alio quovis modo ſalutat excommunicatum illum abſolvere non cenſetur. 243. 1. Item ſi aliquem ſub alicujus dignitatis titulo verbo conſtituat, vel litteris nominet, aut honoret, talem ei non tribuit dignitatem. 143. 2.

Papa mandante ut alicui provideatur de Beneficio certi valoris, vel de minore ſi velit providendus; Si vacante minore providendus adhuc non ſe declaravit, ordinarius valet illud conferre 111. 2. Si vero mandet ut intra menſem a vacationis notitia provideatur, & fuerit decretum irritans appoſitum, collatio per ordinarium facta intra tempus præfixum eſt nullitatis labe infecta 111. 3.

Papæ Decretum appoſitum juxta gratiam conditionalem, non prius afficit, quam ſit purificata conditio, ſub quam fuit facta gratia 111. 1.

Patroni Laici præſentantes uti ſinguli poſſunt plures præſentare, ita ut quiſ-

quiſque unum præſentet 166.5. Procedit ſive jus patronatus ſit initi eos ex Hæreditate diviſum, ſive ad ipſos ex fundatione diviſim ſpectet. Ibid.

Patroni poſſunt inter ſe convenire de Rectore ab eis alternis vicibus præſentando. 165.4.

Penſiones in Beneficii vacantibus non poſſunt ab Epiſcopis imponi. 33.4.

Pena ammiſſionis Privilegii Clericalis eſt temporalis. 99. 9. Incurrunt Clerici exercentes Lanionum, aut Tabernariorum Officium. 98. quæ requirantur. 99. 4. & 5.

Penæ contra Clericos, qui partitis, & virgatis aut diverſi Coloris veſtibus utuntur quæ ſint. 102. 4.

Pænæ inflictæ contra offendentem proprium Prælatorum quæ ſint. 126. cum ſeqq.

Pænæ contra D. Temporalem qui viros Eccleſiaſticos experit, captoſve detinuerit, donec Beneficia reſignaverint. 229.

Permutatio Beneficiorum aliiſque Pontificis aſſenſu irritatur. 117. procedit non ſolum ſi agatur de permutatione inter Laicos ſed etiam inter duas Eccleſias. 118.

In pertinentia Patronali pluribus competenti nulla valet induci vel alteratio, vel iniri conventio, niſi unanimis ſuperaccedat Patronorum conſenſus. 166.

Penitentiariorum majorum, & aliorum minorum officium non deſinit obitu Romani Pontificis. 18. 5. Si tempore vacationis Sedis Apoſtolicæ illorum ſequatur obitus poſſunt alii per Cardinales ſubrogari.

Portio Congruam quæ dicatur. 162. 2.

Præbendam ſecundam obtinens ratione dignitatis obtente perdit primam 107. 3.

Prælatorum Appellatione veniunt tàm Abbates, quàm alii Superiores Regulares. 128. 2.

Prælatus Superior Regularis dicitur habere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. 115.

Perſonæ Citatæ ab Homine, vel a Jure ſi procurent ſe capi, aut a poteſtate Laica detineri, ad effectum evitandi Acceſſum ad Sedem Apoſtolicam incidunt in pænas contentas in Clementina multorum. 229. 4.

Præſentatus ad Eccleſiam non admittendus niſi coram Dioeceſanis fuerit congrua portio aſſignata. 162. 3. praeſentatus intra certum terminum ab Epiſcopo præfigendum, congrua portio eſt aſſignanda, alias termino elapſo Epiſcopus illam aſſignabit. 162.4. procedit etiam ſi fuerint præſentati ab Exemptis. 163.

In Prioratibus conventualibus tenetur promotus abſque alia monitione, ſe infra annum facere ad Sacerdotium promoveri. 147. 23.

Prioratus & Adminiſtrationes ſi adeo tenues ſint, ut duorum Monachorum ſubſtentationi non ſufficiant quid agendum. 146. 20. Dari non poſſunt Monachis niſi expreſſe profeſſis. 147. 24.

Prior Conventualis poteſt eſſe Papæ delegatus. 8. 2.

Prioratus non Conventuales, Animarum Curam habentes per Presbyteros ſeculares exercendam, dari non poſſunt, niſi implenti ætatis ſuæ Annum vigeſimum. 147. 22.

Priores Clauſtrales non poſſunt eſſe delegati Papæ. 9. 3. Conventuales non ſunt collativi ſed electivi attingere ſaltem debent ætatis ſuæ annum quintum ſupra vigeſimum, qui illos obtinuerint. 146. 21.

Priores tam Conventuales, quam Animarum Curam habentes tenentur ſuis in Prioratibus reſidere. 147. 25. Limit. Accedente vel Cauſa Studiorum, vel alia rationabili concurrente Cauſa. Ibid.

Privilegia Regularium in eo quod ad quartam funeralium reſpicit, ſublata fuere a *Clement. Dudum de Sepult.* 131. 10. Procedit quoad illa tantum Monaſteria quadraginta annis ante C.T. erecta, & quod totidem annis ſolvere conſueverint. 131.

Privilegia, & exemptiones Monaſteriis, & Regularium Eccleſiis conceſſæ non ſe extendunt ad illas Eccleſias poſt exemptionem acquiſitas.

Privilegium exemptivum a Decimis Spiritualibus non debet attendi, ſi deſtitutum appareat expreſſa derogatione *Cap. Nuper. de Decim.* 50.

Profeſſio tacita inducitur eo ipſo, quod Novitius per annum continuum, ac expleto ætatis ſuæ anno decimo ſexto habitum defert indiſtinctum. 137. 2. Limit. ſi Novitiorum habitus ſit patenter tam in colore, & ſciſſura, quam etiam in forma diſtinctus. 138. 3.

In promovendis, ut idonei reputentur, ſequentes requiruntur qualitates, ſcilicet mores, ætas, & ſcientia. 34.

Proviſio de Beneficio, quam Papa *motu proprio* indulſerit, valet etiamſi nulla de aliis, quæ proviſus habet beneficiis nulla facta fuerit mentio 108. 1. Procedit qualiacumque fuerint beneficia, & in numero quantocumque. 108. 2.

Q

INtra quadriennium continuum a tempore læſionis debet finiri cauſa reſtitutionis in integrum, quæ Eccleſiæ competit. 44. 2.

Quadriennii tempus præfixum reſtitutioni petendæ initium ducit non a die læſionis, ſed ab altero ſcitæ læſionis. Ibid. Locum habet, quando

do dies læſionis, & ejus ſcientiæ coincidunt. 45.

Quarta debetur Parochis in proemium laborum, & propter Sacramentorum adminiſtrationem. 130. 8. De quibus debeatur. Ibid.

Quarto labente Soeculo Baptiſteria latitabant in privatis fidelium domibus in Eccleſiis Cathedralibus, & in omnibus Parochiis extra Urbem poſitis. 176.

Quilibet ſcire proeſumitur id, quod ad ejus ſpectat commodum. 112.5.

Quis decipi non debet juris auctoritate. 117. 1.

Quoeſtores nec per ſe, nec per alium valent proedicationis munus exercere. 236.2. Contrafacientes a Locorum Ordinariis arcendi. Ibid. Nihil populis poſſunt proponere præter id, quod continetur in litteris, ſeu licentiis. 236. 3. Eorum licentiæ debent non ſolum Epiſcopi legere, ſed etiam probare, 236. 4. Delinquentes puniri poſſunt ab Epiſcopo. 237. 5. Concilium Tridentinum abolevit hujuſmodi quoeſtores. Ibid.

R

RAymundus Lullus in hoc Viennenſi Concilio interfuit. 191. 4.

Regula F.F. Minorum non ſolum circa paupertatem, ſed etiam circa coeteras obligationes pro his, qui in ejus puritate abſque privilegiorum ope ſummopere exoptabant fuit pluries explicata. Primo a Nicolao hujus nominis III. 260. 1. Subinde a Clemente V. 261. 2.

Regula S. Franciſci prohibet ne ſui fratres aliquem exhortationibus inducant ad relinquendum ſibi. 261. 3. In vim hujus Regulæ debent Fratres Minores eſſe penitus in experti ab affectu & terrenorum deſideriis, & præſertim a pecunia. 262. 14. Dictis Fratribus non licet Officium exercere Advocatorum, & Procuratorum. 265. 21. item nec poſſunt perſonaliter aſſiſtere Advocatis & Procuratoribus, quando ipſorum negocia agitantur pro rebus temporalibus. Ibid.

Regulares Superiores non poſſunt coram ſe ſervos ſuos convenire, niſi juriſdictionem in eos habeant. 8. 3. Alias ad expenſas & intereſſe teneantur. Ibid. & proceſſus & ipſo jure irritus. 8. 4.

Regulares, qui praeſunt Monaſterio, aut Prioratui, non poſſunt ad vitam accipientis, ſeu aliud certum tempus ejuſdem Monaſterii res alienare. 113. 1. Limit. concurrente Monaſterii neceſſitate, & utilitate cum conſenſu Conventus vel Prælati proprii. 113.2. Alienantes Monaſterii Bona ſine Conventus conſenſu, & abſque neceſſitatis cauſa ſuſpenduntur ab officio. 114. 3. Poſſunt locare, & ad modicum tempus fructus vendere. 114. 4.

Regulares poſſunt libere in Eccleſiis ſuis prædicare illa hora dumtaxat excepta, qua vult Epiſcopus concionem in Civitate habere. 128. 3. Limit. contradicente Epiſcopo. 128. Tenentur præter examen, & ſuorum Superiorum approbationem ab Ordinariis approbationem petere. 128. Non poſſunt Parochialibus in Eccleſiis prædicare, niſi a Parochis invitati, vel vocati. 128. 4. Limit. accedente Epiſcopi licentia. 128. 5. Sine Ordinarii examine, & approbatione, non poſſunt Soecularium Sacerdotum confeſſiones audire. 129. 5. Item nec Secularium. Ibid.

Regulares in vim Clementinæ *cum rationi de electioni*, eligi poſſunt in Epiſcopos. 15. 4.

Regulares inducentes aliquos medio voto vel juramento, facto ſeu promiſſione ad eligendam in propriis Eccleſiis ſepulturam, alioſque avertentes ne ſepelliantur in locis ſibi bene viſis excommunicationem incurrunt Papæ reſervatam. 233. 6. Illæ pœnæ per ſimplex Conſilium, ſive adhortationem locum non habent. Ibid. Limit. in Laicis qui non ligantur Cenſura hujus decretalis. *Ibid.*

Religioſi poſſunt eſſe ultimarum voluntatum exequutores. 118. 1. Procedit petita prius a ſuo Superiore licentia, & obtenta. 119. 2. Tenentur exequutionis ſuæ rationem reddere Epiſcopo. 119. 3. Si deliquerint poſſunt ab Epiſcopo puniri. 119. 4.

Religioſi appropriantes ſibi decimas aliis Eccleſiis debitas, vel eas ſolvi prohibentes, aut alia hujuſmodi facientes quibus pœnis afficiuntur. 133. 1. Quando pœnæ locum habeant. 133. 2. & ſeq. Si officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis carent excommunicationem incurrunt, a qua ante condignam ſatisfactionem non abſolvuntur. 133. 4.

Religioſi ſupportates Eccleſiarum ſubjectarum onera non compelluntur ad aſſignandam Sacerdoti portionem. 163. 6. Tenentur honeſte, & docenter eorum Presbyteros, ſeu Vicarios tractare. 163. 7.

Religioſi tenentur ad ſolutionem onerum, quæ Eccleſiis incumbunt, quæve ad eos quocumque titulo deveniunt. 167. 1. Item ad Legatorum procurationes, & jura Epiſcopalia, quæ de conſuetudine, vel jure communi ſolent dari. 167. 2. Limit. in illis Religioſis, qui potiuntur privilegio, exemptione, & alia legitima cauſa. 167. 3.

Religioſi mendicantes non poſſunt nova recipere loca, aut jam accepta mutare, aut in alios Conventus transferre ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. 231. 1. Beneplacitum Apoſtolicum poteſt ex intervallo accedere, dumodo nullitas fundationis novi Conventus non ſit in judicium deducta. 232.

Religioſis non eſt deneganda juſtitia, nec juris conſilium, nec Advocatus. 216. 18.

Re-

Religioſus, qui in alicujus Eccleſiæ deſertæ curat ſe in Epiſcopum eligi Epiſcopali caret dignitate. 26. 3.

Religioſus non poteſt ſine ſui Superioris licentia Procuratoris munus exercere. 42. 1. Nec pro Religioſo ſui, vel alterius Monaſterii, niſi pro ſuo in eadem lite conſorte. Ibid. Non poteſt aliam conſtituere procuratorem, ſeu ſubſtituere. 42. 2. Procedit etiam in caſu, quo per conſtituentem hoc ſibi fuerit expreſſe commiſſum. Ibid.

Renunciatio eſt Procuratori intimanda. 29. 3.

In reſcriptis gratioſis ad beneficium vacaturum *datæ* tempus inſpicitur, non vero alterum *vacaturæ*. 13. Limit. in Offic. & Dignitat., quibus non tempus *datæ*, ſed poſſeſſionis dies eſt inſpicienda. Ibid.

Reus conventus in petitorio poteſt in Spoliatoris odium poſt litis conteſtationem proponere poſſeſſionem recuperandæ ad effectum ſuſpendendi petitorium. 55. 2.

Rota in vim *Clement. Auditor. de reſcript.* gerit figuram Superioris nedum Epiſcoporum, ſed majori etiam auctoritate fulgentium. 11.

S

Saraceni non poſſunt habere in univerſo Criſtifidelium dominio Meſquitas, ideſt Templa. 194. 1. Sunt per Principes ſub quorum morantur dominio compeſcendi a publica Machometi invocatione, & ab aliis eorum ritibus. 195. 3. Similia haud exercentes non ſolum lethaliter peccant, ſed poſſunt etiam excommunicatione plecti. 195. 4.

Saracenos inter & Judæos hoc intercedit diſcrimen, quod primi ſicuti facinoroſum, & nefandum colunt hominem qualis eſt Machometus, ita nulla eſt lege approbata eorum ſecta. Secundi vero colentes Deum vivum, & verum, eorum proinde ritus ſuſtinentur. Ibid.

Scholarum linguarum Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Caldeæ fuit in hoc Viennenſi Concilio demandata erectio. 191. 4.

Secta quæ dicantur. 207. 3.

Sententia de ejus ſubſtantia requirit diſcretionem, quæ eſt virtutum omnium mater. 85. 2. Et eſt, quando cum ſumma deliberatione proceditur diſcernendo, & ratiocinando. Ibid. Ferri non debet præcipitanter. 87. 12. præſertim in Criminalibus. Ibid. Lata parte non citata non valet. Nec ullum infert præjudicium non citato. 87. 15. Non rite lata non meretur dici ſententia. 88. 19.

Sententia interlocutoria, vel gravamen debet juſtificari non ex novis Cauſis, ſed tantum ex illis, quæ acta ſunt, vel coram Priori Judice exhibita. 95. 2.

Sen-

Digitized by Google

Sententiæ tres conformes ſicut rem conſtituunt Judicatum, ita ſunt omnino executioni demandandæ. 78. 1. Procedit etiamſi latæ appareant non ſucceſſive. 79. non admittitur adverſus eas nullitatis, aut reſtitutionis in integrum exceptio. 79. 2. Limit. quando de illarum nullitate conſtat. 79. Item ſi nullitas ex juriſdictionis defecta proponatur. Ibid.

Sepelientes in loco ſacro tempore interdicti alias excommunicatos vel interdictos, vel uſurarios manifeſtos ſunt ipſo facto excommunicati. 120. 1. Procedit in excommunicato vel interdicto defuncto *nominatim* denunciato. 120. 2.

Sequeſtratio Beneficii locum non habet in Poſſeſſore, qui beneficium ante ſententiam per triennium pacifice poſſedit. 61.

Sequeſtrationi obſtaculum præbens ſi ſit alter ex collitigantibus *ſtatim jus* quod ad rem habet perdit. 63. 5. ad ſequeſtrationem impediendam oppoſitio de nullitate primæ ſententiæ in nullo numero eſt habenda. 63. 7. Limit. quando nullitas eſt *juriſdictionis* defectu provenit. Ibid.

Sequeſtrum in beneficiali Cauſa oppoſitum non eſt amplius removendum, niſi in fine litis, ideſt poſt rem judicatam. 62. Procedit quando actor ſententiam in Curia contra Poſſeſſorem obtinuit, non autem in ſequeſtro mere proviſionali vigore Bullæ Pianæ *la* 7. Ibid.

Sequeſtrum impediens excommunicationem ipſo facto incurrit. 62. 3. non eſt abſolvendus, niſi impedimento prius a moto, & fructibus per eum occupatis reſtitutionis. 63. 4.

Sequeſtrum pati poteſt cum Judice a quo, etiamſi ab ejus ſententia fuerit appellatum. 63. 6. Sertum fit de floribus inſertis, & differt in Diadema. 75. 10. Sixtus IV. omnium primus Auditorum Rotæ numerum ad duodecim reſtrinxit. 11.

In ſtudiis generalibus ſunt Magiſtri tenendi, qui Linguas *Hæbraicas*, *Græcam*, *Arabicam*, & *Caldeam* doceant. 191. 5.

Superioris lex non poteſt per inferiorem abrogari. 17. 1. in ſummario Judicio, & executivo non eſt neceſſaria ſolemnis litis conteſtatio. 269. imo in beneficialibus proceditur ſine libello, & litis conteſtatione. Ibid. In ſummariis Cauſis in quibus non conteſtantur lis teſtes examinari poſſunt poſt primam citationem ad dicendum contra Commiſſionem. 269. 3.

In ſummario Proceſſu non eſt aditus præcludendus probationibus. 269. 4. nec omitti debent defenſiones legitimæ, & citationes. 270. 5. item & juramentum de calumnia. 270. 6.

In ſummariis Cauſis neceſſe non eſt citare peremptorie ad ſententiam. 270. 7. Sed ſententia eſt in ſcriptis ferenda. 270. 8.

Ta-

Digitized by Google

T

Tabernariis illi dicuntur, qui gentes recipiunt ad comedendum tantum. 98. 3.

A Tabernarum frequentatione debent Clerici ſe abſtinere, 98. Talia loca nedum tenere, ſed ingredi etiam non debent Clerici ad comedendum. Ibid. Limit. ex Cauſa neceſſaria Ibid. Item ex Cauſa itineris. Ibid. Poſſunt per Teſtes Chriſtianos convinci Judæi, & Saraceni. 65.1.non obſtantibus contrariis Regum,& Principum privilegiis 66.2.

Teſtes infideles repelluntur a teſtimonio contra Chriſtianos ferendo Ibid. Publicatis atteſtationibus Teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directe contrariis non poſſunt principali in Cauſa produci 66. 1. procedit etiam in Cauſa appellationis ob timorem ſubornationis 67. 2.

Tranſactione pendente tempus ad proſequendam appellationem non currit. 93. procedit ſolum quando partes aut facultatem faciendi concordiam. Ibid.

Tribunal eſt locus, ubi ſedem habet Ordinarius. 86. 7.

V

Vacationum proviſio ne diu differatur ſat eſt, ſi publica de vacatione notitia habeatur. 112. 4.

Vacationi non debent Monachi Benedictini præſentiam exhibere corporalem. 145. 13. alias ſi ex propoſito intendant Vacationi, aut clamoſe aucupationi ſuſpenſionis, & in habilitatis pænas per biennium ipſo facto incurrunt. 145. 15. Et collatio Beneficiorum Abbatis, vel Prioris ſuſpenſi devolvitur ad Clauſtralem Priorem cum conſilio & conſenſu Conventus, vel majoris ejus Partis. Ibid.

Verba litterarum Apoſtolicarum, quibus Papa proprium narrat factum probant ſi ſuper illis ejus gratia, vel intentio fundetur. 64. 1. procedit, etiamſi verba mere præſuppoſitiva, & non diſpoſitiva videantur. Ibid.

Verba narrativa Papæ de facto alieno ſi fiant motu proprio plenam conſtituunt probationem, quamvis poſſit contrarium probari. 65. Potiſſimum ſi ſuper hujuſmodi narrativis diſponat. Ibid. Sub verbo generali nedum Prælatorum, ſed etiam Præſidentium, qui agunt pro locis, & adminiſtrationibus inferioribus compraehenſi remanent omnes Superiores adminiſtratores. 7.1. Procedit ſive Magiſtri ſint, ſive Miniſtri, & Præceptores, & Præpoſiti appellentur, ſive Mendicantes, ſive non Mendicantes exiſtant. Ibid.

Veſtibus congruentibus ſtatui, & Ordini Clericali uti debent Clerici. 101. 1. uti non debent veſtibus variis tentis coloribus, vel virgis diverſi co-

coloris ornatis. 101. 2. Limit. ſi rationabili ex Cauſa Veſtes hujuſmodi geſtentur. 102. 3.

Vicaria perpetua venit appellatione beneficii Curati. 38.

Vicarii perpetui debent omnes Parochorum conditiones habere & præſertim illam quoad Sacerdotium. Ibid.

Vicarius Epiſcopi venit nomine Officialis. 8. 1.

Vicarius Foraneus Epiſcopi non poteſt eſſe Papæ delegatus. 9. 4.

Viennenſe Concilium providit circa effuſiora Regularium privilegia, & Bonifacii VIII. Sanctionem jam a Benedicto XI. abrogatam in priſtinam reſtituit auctoritatem. 127. 1. Damnavit quoque illas Beguinas ſequentes Beguardorum, & *Margharitæ Porrectæ*, errores. 155. 8.

Sed licitum eſſe valuit Mulieribus pænitentiam agere, & Deo honeſte ſervire vitam ducendo propriis in Hoſpitiis. 155. 9.

Viſitationi Monialium ab Epiſcopo faciendæ intereſſe tantum debent duo Notarii, & aliæ duæ Perſonæ ſuæ Eccleſiæ & quatuor honeſti Viri, in totum octo 152. 14. Procedit in numero Perſonarum adhibendo in ipſa inquiſitione. 152. 15.

Viſitatorum præciſum eſſe debet Officium, quod fideliter obſervari faciant, quæ in *Clementina attendentes* §. *Viſitatores* conſtituta ſunt. 150. 7.

Unio alterius Eccleſiæ fieri regulariter poteſt ab Epiſcopo abſque conſenſu Rectoris, vel Defenſoris. 116. 2. ab eam rationem, quia nullum ſortitur effectum, niſi ſequuto ejuſdem Rectoris obitu. Ibid.

Unctione ſacra non linitur Imperator in Altare S. Petri, dum in ea ſolus conſecratur Papa. 77.

Vocem in Capituló habere non debet, qui ad Subdiaconatus Ordinem non eſt in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis evectus. 35. 1.

Voces inter plures numeratos Patronos, quomodo numerandæ. 165.

Voluntatum fidelium commutatio eſt S. Sedi dumtaxat reſervata. 158. 2.

Uſus Epitogii, ſeu Tabardi foderati prohibitus Clericis præſertim Beneficiatis, & Religioſis. 102. 7.

Uſurarii tenentur eorum in cauſis ſuas prodere libros ſub pæna excommunicationis. 210. 3. affirmans pertinaciter exercere uſuras non eſſe peccatum hæreſis crimen, & penas incurrit. 210. 4. ſuper uſuris cognoſcere non poteſt Inquiſitor. 211. Illarum cognitio ad ſolum ſpectat forum Eccleſiaſticum. Ibid.

Utilitas in rerum Eccleſiæ alienatione adeo debet eſſe clara, ut nullam admittat dubietatem. 114. ſpectari debet relative ad ipſum met initi contractus tempus nulla de alia anteriori habita ratione. Ibid.

FINIS.

ANT 1317054

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google